Nuncius hunc solio boreas proturbat ab alto.

Pangea quod ab arce nefas ait æole vidi.

Graia nouam ferro molem commenta iuuentus

Pergit, & ingenti gaudens domat æ quora velo.

Nec mihi libertas imis freta tollere arenis,

Qualis eram nondum vinculis & carcere clausus.

Hinc animi, structeq; vtrius fiducia puppis,

f. iungere

his pome. auro

v. apromotorio pom

v. sub borea

mons est

sinedoge est

n. p. altopis.

v. gus consuetudo

Non latit

mons est hispanie

v. ibilia agnodaz rope de

lignat

v. ventos metonim

est spores progera

v. vras ventos

promontorium est thetacia

Sabellio,
pignora.

Quod boream sub rege vident, da mergere gratos,
Infanamq; ratem, nil in meae pectora tangunt.

Tantum hominum compesceminas, dium litora iuxta

Thessala, necdum aliae viderunt carbasia terra.

Dixerat at cuncti fremere intus, & æquora venti

Polcerè, tum valido contortam turbine portam

Impulit hippotades, fundunt se carcere læti

Thracis equi, zephyrusq; & nocti concolor alas

Nimborum cum prole Notus, crinemque procellis

Hispidus, & multa flammis caput Eurus arena

Induxere hyemem, raucoque ad litora tractu

Vnanimi freta curua ferunt, nec sola tridentis

Regna mouent, vasto pariter ruit igneus æther

Cum tonitru, piceoq; premit nox omnia celo.

Excussi manibus remi, conuersaque frontem

Puppis in obliquum resonos latus accipit ictus.

Vela super tremulum subitus volitantia malum

Turbo rapit, qui tum minyis trepidantibus horro

Cum piceis fulsere poli: pauidamque coruscæ

Ante ratem cecidere facès: antemnaq; Leuo

Prona dehiscentem cornu cum sustulit vndam:

Non hyemem, missosq; putant consurgere ventos

Ignari, sed tale fretum, tum murmure mæsto.

Hoc erat illicitas temerare rudentibus vndas,

Quod nostri timuere patres, vix litore puppin

Soluimus, et quanto fremitu se sustulit ægon.

Hoc cinea cyaneæ concurrunt æquore cautes:

Tristius an miseris superest mare! linquite terras

Spe pelagi: sacrosq; iterum seponite fluctus:

Hæc iterant segni stentes occumbere letho.

Magnanimus spectat pharetras, & inutile robur

Amphitryoniades, miscent suprema pauentes

zetes. et calais
sunt mui

e. fremebat

aoalg. filig. hysote

e. zephyri. borea.

solgno

f. nenti

inperbole

f. ab aho

f. sumib9

e. hercules

Verba alii, iunguntq; manus, atq; ora fatigant
 Aspectu in misero, tota cum protinus alius *a naviq; metonymia est*
 Solutur, & vasto puppis mare sorbet hiatu. *v. aqua*
 Illam huc atq; illuc nunc torquens verberat Eurus, *Solano*
 Nunc stridens zephyris aufert Notus, vndiq; feruent *abeigo*

Aequora, cum subitus trifida Neptunus in hasta
 Cæruleum fundo caput extulit, hanc mihi pallas

a juno Et soror hanc inquit mulcens mea pectora fletu

Abstulerint, veniant phariæ tyriæq; carinæ, *v. exipha Carine*

Permissumq; putent, quoties mox rapta videbo

Vela notis, plenaq; malis clamoribus vndas: *v. turribus*

Non meus orion, aut lævius pleiade taurus

Mortis causa novæ, miseris tu gentibus argo

Fata paras, nec iam merito tibi Tiphy quietum

Villa parens volet Elysium manesq; piorum, *filii sunt neptunij mar*

Hæc ait, & pontum pater ac turbata reponit *v. se amitt*

Litora, depellitq; notos, quos cæruleus horror

Et madido grauis unda sinu, longeq; sequitur

Imber, ad æoliæ tendunt simulæ quora portæ.

Emicuit referata dies, cælumq; resoluit

Arcus, & in summos redierunt nubila montes.

Iam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imo

Et thetis & magnis Nereus focer erigit vlnis. *pelus*

Ergo humeros ductor sacro velatur amictu, *v. jason*

Aesoniamq; capit pateram, quam munere gaudens

Liquerat hospitio, pharetraq; rependeratauro

Salmonæus, nondum ille furens, cum fingeret alti

Quadrifida trabe tela Iovis, contraq; ruentem

Aut atho, aut rhodopen, mœstæ nemora ardua Pisæ. *mons est*

Aemulus, & miseros ipse vreret elidis agros. *in amantem accedis*

Hæc pelagolibat latices, & talibus infit. *v. vinis*

Dii quibus vndarum tempestatisq; sonoræ

Imperium, & magno penitus par regia caelo;
 Tuq; fretum diuosq; pater sortite biforines,
 Seu casus nox ista fuit, seu voluitur axis,
 Vt superum sic staret opus, tolliq; vicissim
 Pontus habet, seu te subitæ noua puppis imago
 Armorumq; hominumq; truces consurgere in iras
 Impulit, hæc luerint fatis, & tua numina rector
 Iam fuerint meliora mihi, da reddere terris
 Has animas, patriq; amplecti limina portæ.
 Tum quocunque loco meritis tibi plurimus aras
 Pascit honos, vbicunque rotis horrendus equisq;
 Stas pater, atq; ingens vtrinq; fluentia Triton *calet turbi*
 Frena tenet, tantum nostras concede per vrbes. *q; neptun*
 Dixerat hæc, oritur clamor, dextraq; sequentum
 Verba ducis, sic cum stabulis & messibus ingens
 Ira deum, & calabri populator firius arui, *cornicula*
 Incubuit, coit agrestum manus anxia priscum
 In nemus, & miseris dicit pia vota sacerdos.
 Ecce autem molli zephyros descendere lapsu
 Aspiciunt, volat inmissis caua pinus habenis,
 Infunditq; salum, & spumas vomit ære tridenti.
 Tiphys agit, tacitq; sedent ad iussa ministri, *orange nunt*
 Qualiter ad summi solium Iouis omnia circum
 Prona parata deo, venitiq; imbresq; niuesq;
 Fulguraq; & tonitrus, & adhuc in fontibus amnes.
 At subitus curaq; ducem metus acrior omni,
 Mensq; mali præfaga quatit, quod regis adortus
 Progeniem, raptoq; dolis crudelis acasto,
 Cetera nuda neci, medioque in crimine patrem
 Liquerit, ac nullis inopem vallauerit armis
 Ipse procul nunc tuta teneris, ruat omnis in illos
 Quippe furor, nec vana pauet trepidatq; futuris,

*2 tu neptuna**pro pater**calabri populator**zephyros**in mare**proleptis de**in iasonem**in acasto**in acasto & in acasto & in acasto*

LIB. I.

Scuit atrox Peltas, inimicaque vertice ab alto
Vela videt. nec qua se ardens effundere possit.

Nil animi nil, regna iuuant. fremitu obice ponti

Clausa cohors, telisq; salum facibusq; coruscat.

Haud secus ærisona volucer cum dædalusida

Profiliuit iuxtaq; comes breuioribus alis, *vicius*

Nube noua linquente domos, minora frustra

Infremuit manus, & visu lassatur inani.

Omnis equis plenisq; redit gortina pharetris. *congruas est*

Quin etiam in thalamis, primoque in limine acasti

Fusus humi, iuuenisgressus & inania signa *salasti*

Ore premit, sparsisq; legens vestigia canis,

Te quoque iam in cæsti forsan genitoris imago

Nate ait, & luctus subeunt suspirta nostri.

Iamque dolos, circumque trucis discrimina lethi

Mille vides. qua te infelix, quibus insequar oris?

Non scythicas ferus ille domos, nec ad hostia ponti *f. Jason*

Tendit iter, falsæ sed captum laudis amore

Te puer in nostræ durus tormenta senectæ

Nunc lacerat. cælis an si ficta puppibus essent

Peruia, non vltro iuuenes classemq; dedissem?

*Ulicensis.
penates.*

O domus o fretri nequicquam prole nepotes?

Dixit. & extemplo furis Iraq; minaci

Terribilis, sunt hic etiam tua vulnera predo, *irragatur in Jasonem et Jonem*

Sunt lachrymæ, carusq; parens. simul ædibus altis

Itq; reditq; fremens, rerumq; asperima verfat. *f. Supplicia*

Bistonas ad meritos cum cornua sæua Thyoneus *v. balth*

Torsit, & infelix iam mille furoribus hæmus,

Iam rhodopes nemora alta gemunt, talem incitalõgis *monstrum est thracie. v. gery
bitant in illo monte
metonymia est*

Porticibus, conuictq; fugit, natiq; lycurgum.

Tartareo tum sacra Iou, stygiisq; ferebat *v. plutonij*

Manibus Alcimedæ tanto super anxia nato,

mate Jasonis

ARGO.

Siquid ab excitis melius pernosceret umbris.
 Ipsum etiam curisq; parem, talesque prementem
 Corde metus ducit facilem tamen a fona coniux. *salamede*
 In scrobibus cruor. & largus Phlegethontis apertis
 Stagnat honos, saeuoq; vocat grandaeva turaultu
 Theffalis exanimes atauos, magneq; nepotem. *mercurius*
 Pleiones. Et iam tenues ad carmina vultus *periphraſis*
 Extulerat, incestosq; tuens natumq; nurumque *test*
 Talia libato pandebat sanguine Cretheus. *aurifloris*
 Mitte metus, volat ille mari, quantumq; propinquat
 Iam magis atq; magis variis stupet acta deorum
 Prodigijs, quatuntq; truces oracula colchos.
 Heu quibus ingreditur fatis, qui gentibus horror
 Pergit, mox scythiae spoliis, iuribusq; superbus. *medea*
 Adueniet, cuperem ipse graues tum rumpere terras.
 Sed tibi triste nefas fraternaq; turbidus arma
 Rex parat, & seuos irarum concipit ignes.
 Quin rapis hinc animam, & famulos citus effugis artus?
 Imeus es. iam te in lucos pia turba silentum,
 Secretisq; ciet volitans pater aëolus aruis.
 Horruit interea famulum clamore supremo
 Mœsta domus, regemq; fragor per moenia differt
 Mille ciere manus, & iam dare iussa vocatis. *ut iaberſi*
 Flagrantes aras vesteriq; nemulq; sacerdos *cerens dō*
 Præcipitat, subitusq; pauens circumſpicit a fona *ney et alame*
 Quid moueat, quam multa leo cum status in arcta
 Mole virum, rictusq; genas & lumina prefflit.
 Sic curæ subiere ducem, ferrum ne capeſſat
 Imbelle, atq; æuiſenior geſtamina primi.
 An patres, regniq; acuat mutabile vulgus.
 Contra effuſa manus, hærenſq; in pectore coniux
 Me quoque ait, caſus comitem quicumque propinquat.

bonny. Compa
 binny nome
 v poſſit v

lamede mata ja
 omil

leptis qe

f. jalon

uellerer auer.

.i. pelias

.i. ut non?

.i. gerom multuz.

LIB. I.

Accipies. nec fata traham. natumq; videbo
Te sine. sat coeli patiens, cum prima per altum

Hypalage est

Vela dedit, potui que tantum ferre dolorem.

*f. fatum aeson / i. a
mede.*

Talia per lachrymas, & iam circumspicit Aeson
Preueniat quo sine minas, quo fata capebat

Digna fatis. magnos obitus natumq; domumq;
Et genus æolium, pugnataq; poscere bella.

+

Est etiam ante oculos rerum rudis altera proles,

i. pro magis filij aeso

Ingentes animos, & fortia discere facta

Quem vellet, atq; olim lethi meminisse paterni.

Ergo sacra nouat. veteris sub nocte cupressi

i. sub umbra

Sordidus, & multa pallens ferrugine taurus

Stabat adhuc, cui cæruleæ per cornua vittæ,

Et taxi frons hirta comis. ipse eger, anhelans

Impatiensq; loci, visaq; exterritus umbra.

Hunc sibi præcipuum gentis de more nefandæ

Thessalis inferos ditis seruauerat vsus.

i. plutonis.

Ter geminam tum placat heram, stygiaq; supremo

i. proserpina

Obsecrat igne domos. iam iam exorabile retro

locat inferum

Carmen agens. neq; eni ante leues niger aduehit umbras

Portitor, & cuncte primis stant faucibus orci.

i. inferum.

Illum ubi terrifici superesse in tempore sacri

f. taurum.

Conspectit, statuit letho, supremaq; fatur,

Ipse manu tangens damnati cornua tauri.

Vos quibus imperium iouis, & non segne peractum

Lucis iter, mihi consilium mihi cognita bellis

Nomina, magnorum fama sacra nepotum,

Tuq; excite parens umbris, ut nostra videres

i. tu aethere

Funera, & oblitos superum paterere dolores.

Da placide mihi sedis iter, meq; hostia vestris

Conciliet premissa locis. Tu nuncia fontem

Virgo iou, Terras oculis quæ prospicis æquis:

i. iusticia

*i. alame
De*

i. charo

f. iust

ARGO.

Vltriceſq; dex falque, & grandæua furorum
 Poena parens, meritis regis ſuccedite teſtis,
 Et ſauas inferte faces, ſacer eſſera raptet
 Corda pauor. nec ſola mei grauiã affore nati
 Arma. ratemq; putet, claſſeſq; & pontica ſigna,
 Atq; indignatos temerato litore reges
 Mente agitet, ſemperq; metu decurat ad vñdas
 Arma ciens, mors ſera viam, tentataq; claudat
 Effugia, & noſtras nequeat præcurrere diras.
 Sed reduces iam tamq; viros, auroq; coruſcum
 Cernat iter. ſtabo inſultans, & ouantia contra
 Ora, manuſq; feram. tum vobis ſiquod inauſum
 Arcanumq; nefas, & adhuc incognita lethi
 Sors ſuper eſt, date fallaci pudibunda ſenectæ
 Exitia, indecoreſq; obitus. non Marte nec armis,
 Aut nati precor ille mei dignatus, vt vnquam
 Enſe cadat, quæ ſida manus, quæ cara ſuorum
 Diripiat, laceretq; ſenem. nec membra ſepulchro
 Contegat. hæc noſter de rege piacula ſanguis
 Sumat, & heu cunctæ quas miſit in æquora gentes.
 Adſiſtit, & nigro ſumantia pocula tabo
 Contigit ipſa graui furiarum maxima dextra.
 Illi auidè exceptum pateris hauſere cruorem.
 Fit fragor, irumpunt ſonitus, qui ſeua ferebant
 Imperia, & ſtriſtos iuſſis regalibus enſis.
 In media iam morte ſenes, ſuffectaq; letho
 Lumina, & vñdanti reuomentem veſte cruorem
 Conſpiciunt, primoq; rudem ſub lumine rerum
 Te puer, & viſa pallentem morte parentum
 Diripiunt, adduntq; tuis. procul horruit eſon
 Excedens, memoremq; tulit ſub nubibus vñbram.
 Cardine ſub noſtro, rebusq; acciſa ſuperſnis

ſon / damede

ſon / per mare

LIB. II.

Tartarei sedet aula patris. non illa ruenti
 Accessura polo, victam si voluere molem *s. haet*

Ingenti facit ore chaos, quod pondere fessam
 Materiem, lapsamque queat consumere mundum.

Hic geminae æternum porte, quarum altera dura
 Semper lege patens, populos regesque recepat.

Ast aliam tentare nefas, & tendere contra.

canon Rara & sponte patet, si quando pectore ductor

Vulnera nota gerens, galeis præfixa, rotisque *r. curribus*

Cui domus, aut studium mortales pellere curas,

Culta fides, longe metus, atque ignota cupido.

Seu venit in vittis, castaque in veste sacerdos.

Quos omnes lenis plantis, & lampada quassans *r. facer*

Progenies atlantis agit, lucet via late *r. mecurio*

Ignem dei, donec filias, & amœna priorum

Deueniant, camposque, ubi sol, totumque per annum *s. est*

Durat aprica dies, thysisque, chorisque virorum,

Carminaque, & quorum populi tam nulla cupido.

nelly Has pater in sedes, æternaque in cœna natum, *r. aesonem*

Inducitque nurum, tum porta quanta sinistra *r. alamedem*

Pœna docet inaneat peliam, quo limine monstrat. *s. Ingressus regis peli*

Mirantur tantos strepitus, turbamque ruentem.

Et loca, & infernos almae virtutis honores.

C. VALERII FLACCI BALBI
 SETINI ARGONAVTICON
 LIBER SECVNDVS.



Interea scelerum luctusque ignarus Iason
 Alta secat, neque enim patrios cognoscere casus
 Iuno finit, mediis ardes ne flectat ab undis
 Actemere in peliam, & adhuc obstata regis

ARGO.

Fata ruat, placitosq; deis neu deserat actus
 Iamq; freti summas æquatum pelion ornos, *mon est*
 Templaq; pisee mergunt obliqua diane.
 Iam sciathos subsedit aquis, iam longa recessit
 Sepias, attollit tondentes pabula magnæ
 Campus equos, vidisse putant dolo peia busta, *sepultura*
 Intrantemq; amyron curias quesita per oras
 Aequora, flumineo cuius redcuntia vento
 Velalegunt, remis insurgitur. inde salutant
 Eurymenas, recipit velunq; fretumq; reuerfus
 Auster, & in nubem minyis repetentibus altum
 Ossa cedit, metus ecce deum damnataq; bello
 Pallene, circumq; vident immania monstra
 Terrigenum coelo quondam aduersata gigantum,
 Quos scopulis trabibusq; parens miserata iugisq; *et telibus*
 Induit, & verfos extruxit in aethera montes.
 Quisq; suas in rupe minas, pugnamq; metusq;
 Seruat adhuc, quatit ipse hyemes, & torquet ab alto
 Fulmina crebra pater, scopulis sed maximus illis
 Horror abest, sicula pressus tellure typhoeus.
 Hunc profugum, & sacras reuomente pectore flamas
 (Ut memorant) prensus ipse comis Neptunus in altū
 Abstulit, implicuitq; vadis, totiesq; cruenta
 Mole resurgentem, torquentemq; anguis vinctas
 Sicanium dedit vsq; fretum, cumq; vrbibus æthnam *monstru*
 Intulit ora premens, truxille eiecat' adæsi
 Fundamenta iugi pariter tunc omnis anhelat
 Trinacria, iniectam fesso dum pectore molem
 Commouet experiens, gemituq; reponit inani.
 Iamq; hyperionius metas maris vrget iberi
 Currus, & euectæ prono laxantur habenæ
 Aethere, cum palmas Tethys grandæua sinusq;

2. lliensis.
 tlice

2. susula est

2. pluribus est ma
 nesie

2. hylis est

2. zephirus melon
 2. n. a. est specialis
 2. pro genere

2. d. mon est the
 2. hanc

2. 2. iupiter

2. p. gigantis

2. Sabellie?
 2. eructat

2. sicilia

2. 2. ianq; solarij

Sustulit, & rupto sonuit facer æquore titan. *e. sol.*
 Auxerat hora metus, iam se vertentis olympi.
 Ut faciem, raptosq; simul montesq; locosq;
 Ex oculis, circumq; graues videre tenebras.
 Ipsa quies rerum, mundiq; silentia terrent,
 Astraq; & effulis stellatis crinibus æther.
 Ac velut ignota captus regione viarum,
 Noctiuagum qui carpit iter, non aure quiescit,
 Non oculis, noctisq; metus niger auget vtrinque
 Campus, & occurrens vmbri maioribus arbor.
 Haud aliter trepidare viri, sed pectora firmans
e. thespis. Hagniadæ, Non hanc inquit sine numine pium
 Dirigimus, nec me tantum tritonâ cursus
 Erudit, sepe ipsa manu dignata carinam est.
 'At non' experti, subitus cum luce fugata
 Horruiat imbre dies? quantis pro Iuppiter auftris
 Restitimus? quanta quoties & palladis arte
 Incassum decimæ cecidit tumor arduus vnde?
 Quin agite o foci. micat immutabile cœlum,
 Puraq; nec grauido surrexit cynthia cornu,
 Nullus in ore rubor. certusq; ad talia titan
 Interger in fluctus & in imo decidit euro.
 Adde quod in noctem venti velocq; mariq;
 Incumbunt magis, it tacitis ratis ocyor auris.
 Atq; adeo non illa sequi mihi sidera monstrant,
 Quæ delapsa polo reficit mare, tantus orion
 Iam cadit, irato sãm stridet in æquore Perseus.
 Sed mihi dux vetitis qui nunquam conditus vndis
 Axe nitet serpens, septenosq; implicat ignes.
e. thespis. Sic ait, & certi memorat qui vultus olympi,
 Pleiones hyadumq; locos, quo sidere vibret.
 Ensis, & astræus niteat qua luce bootes. *e. auriga.*

Liliensis.
 an non.

S. Pung.

e. stellatio.
 e. stellatio.

e. septenas. Nellas

S. Orionis.

ARGO. III

Hęc ubi dicta dedit, cereris tum munere fessas *panis me*
 Restituunt vires, & parco corpora Baccho. *Vino mlti*
 Mox somno cessere, regunt sua sidera puppem. *ajma et*

Iamque sub eorū dubios atlantidis ignes

Albet ager, motisq; truces ab ouilibus vrsu

Tuta domosq; petunt, 'raras' & litus in altum

Mittit aues, cum primus equis exegit anhelis *v. Jmm*

Phœbusathon, mediaq; diem disperfit in vindas. *f. monsele*

Certatim remis agitur mare, rostraq; cursu *maedome*

Prima tremunt, & iam summis vulcania surgit

Lemnos aquis, tibi per varios defseta labores. *f. Jnsula*

Ignipotens, nec te furis & crimine matrum

Terra fugat, meritisq; piget meminisse prioris.

Tempore quo primum fremitus insurgere oportos

Cœlicolum, & regni sensit nouitate tumentes. *f. cœli & la*

Iuppiter, æthereæ nec stare silentia pacis,

Iunonem volucris primam suspendit olympo

Horrendum chaos ostendens, pœnasq; barathri.

Mox etiam pauide tentantem vincula matris

Soluere, prærupti vulcanum vertice cœli

Deuoluit, ruit ille polo noctemq; diemq;

Turbinis in morem, leinni cum litore tandem

Insonuit, vox inde repens vt perculit vrbem,

Accliuem scopulo inueniunt, miserentq; fouentq;

Alternos agro cunctantem poplite gressus. *v. pede*

Hinc reduci superas postq; pater annuit arces, *v. Jnsula*

Lemnos cara deo, nec fama notior ethnæ, *f. Jnsula*

Aut lipares domus, has epulas, hęc templa, peracta

Ægide, & horridici formatis fulminis alis

Lætus adit, contra veneris sitat frigida semper

Ara loco, meritas postquam dea confugis iras

Horruit, & tacitæ martem tenere catena.

f. Jnsula

domo Jnsula
 Liliensis.
 raucas.

v. sol.

Jnsula est
 vulcane

v. borentom-

Jnsula

v. Jnsula

Jnsula

L.I.B.II.

Quocirca struit illa nefas, lemnoq; merenti : *i. lemnijs merenti*
Exitium furiale mouet, neq; enim alma videt. *f. Ven*

Iam tum ea, cum tereti crinem subnectitur auro

Sidereos diffusa sinus, eadem effera & ingens

Et maculis suffecta genas, pinumq; sonantem

Virginibus stygiis, nigramq; simillima pallam.

Iamq; dies aderat, thracas qui fuderat armis.

ibid Dux lemni puppes tenui contexere canna : *i. nauumine*

Ansus, & inducto cratem defendere tergo,

Leta mari tum signa refert, plenaq; mouebat

Armentis nuribusq; rates, & barbara vestis

Et torques insigni loci, sonat æquore clamor. *f. restabantur*

O patria, o variis conuix nunc anxia curis,

Has agimus longi famulas tibi præmia belli.

lax Cum dea se piceo per sudum turbida nimbo : *i. per aera*

Præcipitat, famamq; vagam vestigat in umbra.

Quæ pater omnipotens digna atq; indigna canent, *i. Iupiter*

Spargentemq; metus, placidis regionibus arcet

Aetheris, illa fremens habitat sub nubibus imis

Non erebi non diua poli, terrasq; fatigat

Quas datur, audentem primi spernuntq; fouentq;

Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.

Ven Talem diua sibi scelerisq; doliq; ministram

Quærit auens, videt illa prior, iamq; aduolat vitro. *f. fama*

Impatiens, iamq; ora parat, iam suscitatur aures.

Hanc superincendit venus, atq; his vocibus implet.

Vade age, & æquoream virgo delabere lemnon,

Et eunctas mihi verte domos, præcurrere qualis

Bella soles, cum mille tubas armataq; campis

Agrina, & innumerum flatus confingis equorum.

Adfore iam luxu turpiq; cupidine captos

Fare viros, caraq; thoris inducere thressas.

ARGO.

Hæc tibi principia, hinc rabidas dolor vndiq; matres
 Instimulet, mox ipsa adero, ducamq; paratas.
 Illa abit, & mediam gaudens defertur in urbem.
 Et primam Eurynomen, ac proxima limina Codri
 Occupat, exesam curis, castumq; cubile
 Seruantem, manet illa viro, famulafq; fatigat
 Litoribus tardi reputant quæ tempora belli
 Ante thorum, & longo mulcent insomnia penso.
 Huic dea cum lachrymis & nota veste Neæra

Ista g' enas, vtinam non hic tibi nuncius essem
 O soror, aut nostros inquit prius vnda dolores
 Obruat, in tali quoniam tibi tempore contux
 Sic merite, votis quem tu fletuq; requiris,
 Heu furit, & captæ indigno famulatur amore.

Iamq; aderunt, thalamisq; tuis threiffa propinquat.

Non fama, non arte colus, non laude pudoris

Par tibi, nec magni proles præclara dorychi.

Picta manus, vstoq; placet sed barbara mento.

Attamen hos tales forsân solabere casus.

Tu thalamis, fatoq; leges meliorem penates.

Me tua matris egens, damnataq; pellice proles

Exanimat, quam iam miseros trasuersa tuentem,

Lethalesq; dapes, infectaq; pocula cerno.

Scis simile vt flammis sinus genus, adde cruentis.

Quod patrum sæuire dabis? iam lacte ferino,

Iam veniet durata gelu, sed me quoq; pulsam

Fama viro, nostrosq; thoros virgata tenebit

Et plautro direpta nurus, sic fata querelas

Abscidit, & curis pauidam lachrymisq; reliquit.

Transit ad Iphinoen, isdemq; amithaonis implet,

Oleniq; domum furis, totam inde per urbem

Personat, vt cunctas agitent expellere lemno,

*e muliere illa
 que venit cum
 suo marito capta*

Sabelle.
 forma.

Illensis.
 Libis.

Ipsi urbem thresseque regant. dolor iraque surgit.
 Obuia queque eademque trahitque auditque, neque vlli
 Vana fides. tum voce deos, tum questibus implent.
 Oscula iamque thoris, atque oscula postibus ipsis
 Ingeminant. lachrymisque iterum visusque, morantur.
 Proflunt, nec tecta virum, thalamosque reuisunt
 Amplius. adglomerant sese, nudisque sub astris
 Condense fletus acuiunt, ac dira precantur
 Coniugia, & stygias infanda ad foedera tædas.
 Has inter medias dryopes in imagine mœstæ
 Flet venus. & sæuis ardens dea planctibus inflat,
 Primaque Sarmaticas vtinam fortuna dedisset
 Infedisse domos, tristisque habitasse pruinas,
 Plaustra sequi, vel iam patriæ vidisse per ignes
 Culmen agi, stragemque deum. nam cætera belli
 Prepetimur. me ne ille nouis me destinat amens
 Seruitiis: urbem aut fugiens natosque relinquam?
 Non prius ense manus, raptoque armabimus igne?
 Dumque silent, ducuntque noua cum coniuge somnos,
 Magnum aliquid spirabit amor: tunc ignea torquens
 Lumina, præcipites excussit ab vberibus natos.
 Illic arrecte mentes, euictaque matrum
 Corda, facer veneris gemitus rapit. equora cunctæ
 Prospiciunt, simulantque choros, delubraque festa
 Fronde tegunt, lætisque viris venientibus adsunt.
 Iamque domos, mensaque petunt, discumbitur altis
 Porticibus, sua cuique furens festinaque coniux
 Adiacet. inferni qualis sub nocte barathri
 Accubat, attonitum phlegian, & thesea iuxta
 Tisiphone, sæuasque dapas & pocula libat,
 Tormenti genus, & nigris amplectitur hydris.
 Ipsa venus quassans vndantem turbine pinum

Agglomerat tenebras, pugneq; accincta trementem
 Desiit in lemnon. nimbis & luce fragosa
 Prosequitur polus, & tonitru pater auget honoro.
 Inde nouam pauidas vocem furibunda per aures
 Congemnat, qua primus athos, & pontus & ingens
 Thraca palus, pariterq; thoris exhorruit omnis
 Mater, & astricto riguerunt vbera nati.
 Accelerat pauor, & geticis discordia demens
 E stabulis, atrq; genis pallentibus iræ,
 Et dolus, & rabies, & lethi maior imago
 Visa truces exerta manus, vt prima vocatu
 Intomuit, signumq; dedit nauortia coniux.
 Hic aliud venus, & multo magis ipsa tremendum
 Orsa nefas, gemitus fingit, vocesq; cadentum,
 Irrupitq; domos, & singultantia gestans
 Ora manu, taboq; sinus perfusa recenti,
 Arrestasq; comas. meritos en prima reuertor
 Vltâ thoros. premit ecce dies. tum verbere victas
 In thalamos agit, & cunctantibus inuenit enses.
 Vnde ego tot scelerum facies, tot fata iacentum
 Exequar? heu vatem monstis quibus intulit ordo?
 Quæ se aperit series? o qui me vera canentem
 Sifiat? & hac nostras exoluat imagine noctes?
 Inuadunt aditus, & quondam cara suorum
 Corpora, pars (vt erant) dapibus vinoq; soporos,
 Pars conferre manus, etiam magnisq; paratæ
 Cum facibus, quosdam insomnes & cuncta tuentes
 Sed tentare fugam, prohibetq; capeffere contra
 Arma metus, adeo ingentes inimica videri
 Diua dabat, notaq; sonat vox coniuge maior.
 Tantum oculos pressere viri, velut agmina cernant
 Eumenidum, ferrum ve super bellona coruscet

Hoc foror, hoc coniux, propiorq; hoc nata, parensq;
 Sæua valet, pressosq; thoris mactatq; trahitq;
 Fœmineum genus, immanes quos sternere *besti. e. thrace*
 Nec getice potuere manus, aut æquoris iræ. *Sabellio. e. extensel. p. Di. puli sunt b.*
 His citior in thalamis, & anhela in pectore fumant
 Vulnera, seq; thoris misero luctamine trunci. *e. Corporea d. la.*
 Deuoluunt, diras aliæ ad fastigia tædas
 Inticiunt, adduntq; domos, pars ignibus atris,
 Effugiunt properere, sed dura in limine coniux *f. mariti*
 Obsidet, & viso repetunt incendia ferro. *e. onse*
 Ast aliæ thressias labem, causamq; furorum *e. muliere illa que tunc s.*
 Diripiunt, mixti gemitus, clamorq; precantum *manus generant. e.*
 Barbarus, ignotaq; implebant æthera voces.
 Sed tibi nunc quæ digna tuis ingentibus ausis
 Ora feram, decus & patriæ laus vna ruentis
 Hypsipyle: non vlla meo te carmine dictam *e. landataz.*
 Abstulerint, durent latius modo sæcula fastis,
 Itiaciq; lares, tantiq; palatia regni. *e. romam qui se iurabant iure*
 Irruerant actæ pariter natæq; nurusq;, *e. uenerit abeionis.*
 Totaq; iam sparsis exarserat insula monstis.
 Illa piæ armata manus, fuge protinus urbem *f. hypsipyle.*
 Meq; pater, non hostis, ait, non moenia læsi
 Thracæ habet, nostrū hoc facinus, neq; quis author, *pro ne geas.*
 Iam fuge, iam dubiæ donum rape mentis, & ensen
 Tu potius miserę retine, tunc excipit artus
 Obnubiq; caput, tacitumq; ad conscia Bacchi
 Templâ rapit, primoq; manus a limine tendens,
 Exime nos sceleri pater, & miserere piorum
 Rursus ait, tacita pauidum tunc sede locauit
 Sub pedibus, dextraq; dei, latet ille receptus *f. barthe*
 Veste sacra, voces chorus & trieterica reddunt *e. quo tercio quoq; om no*
 Aera sonum, fixæq; fremunt in limine tigris *solebant fieri*

e. tempo ana

Regina vt roseis auroam surgere bigis & curibus
 Vidit, & infomni lassatas turbine tandem
 Conticuisse domos, stabilem quando optima facta
 Dant animum, maiorq; piis audacia ceptis.
 Serta patri, iuuenisq; comam, vestesq; lyci & bachi
 Induit, & medium curru locat, æraq; circum,
 Tympanaq; & plenas tacita formidine cistas.
 Ipsa sinus, hederisq; ligat famularibus artus,
 Pampineamq; quatit ventosis ictibus hastam, & thyrsum
 Respiciens teneat virides velatus habenas
 Vtq; pater, niuea tumeant vt cornua mitra,
 Et sacer vt bacchum referat scyphus, impulit acri
 Tum validas stridore fores, rapiturq; per urbem
 Talia voce canens, linque o mihi cæde madentem
 Bacche domum, sine scedatum te funere pontus
 Expiet, & referam lotos in templa dracones.
 Sic medios egressa metus, facit ipse verendam
 Nam deus, & flatu non inscia gliscit anhelu.
 Iamq; senem tacitis sæua procul vrbe remotum
 Occulerat filius, ipsam sed conscius ausi
 Nocte dieq; pavor, fraudataq; turbat Erinnyss.
 Non similes iam ferre choros (semel orgia fallunt)
 Audet, non patrios furtis accedere saltus, & furtive
 'Et' fuga diuersas misero querenda per artes,
 Visa ratis sæuæ defecta laboribus vnda,
 Quam tethy longinqua dies, glaucosq; repostam
 Solibus, & cantis vrebat luna pruinis.
 Huc genitorem alta per opaca silentia noctis
 Precipitem filius rapit, & sic mœsta profatur.
 Quam genitor patriam? quantas modo linquits inani
 'Pube' domos: pro dira lues, pro noctis acerba
 Exitium, talin' possum te 'reddere' puppi

*Impalape est
 & timpana acron*

f. trax

*& bache est q. qu
 ibat sup. formaz
 per bache*

Sabellio.
 Et.

*hipolape est
 & p. p. p. p. p. p. p.*

Sabellio.
 Puppe.
 Sabellio.
 Erudere.

-i. tabinne

Care parens? possum tantis retinere periculis?

Soluimus heu serum furtis scelus, annue votis

Prima Diua, soporiferas que nunc trahis æquore bigas: *Careris.*

Non populos, non dite solum, non vlla parenti

Regna peto, patria liceat decedere terra. *f. meo patri*

Quando ego seruato mediam genitore per urbem

Læta ferar? quando hic lachrymas planctusq; videbo?

Dixerat, ille procul trunca fugit anxius alno, *r nauicula gnador*

Taurorumq; locos, delubraq; sæua dianæ

Aduenit, hic illum tristi dea præfiscis arç. *f. veng*

Ense dato, mora nec terris tibi longa cruentis,

Iam nemus ægeric, iam te ciet altus ab alba. *f. longa*

Iuppiter, & soli non mitis aricia regi. *am tas est*

Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrum

Congruerat, rauco fremitu sedere parentum,

Natorumq; locis, vacuq; in moenibus vrbis

Iura nouant, donant folio, sceptrisq; paternis

Vt meritam, redduntq; pię sua præmia menti.

Ecce procul validis lemnon tendentia remis

Arma notant, rapitur subito regina tumultu, *f. isaphilis*

Conciltumq; vocat, non illis obuia tela

Ferre, nec infestos deerat furor improbus ignes,

Ni veneris sæuas fregisset mulciber iras. *r. mulcibng.*

Tunc etiam vates Phœbo dilecta polyxo, *r. quædaz mulier est insula*

Non patriam, non certa genus, sed maxima tethyn

Protea; ambiguum pharis referabat ab antris

Huc rexisse vias iunctis super æquora phocis. *r. pis abg illis semis. f. simi*

Sæpe imis se condit aquis, cunctataq; paulum *tridinez bouz habenti*

Surgit, vt auditas referens in gurgite voces.

Portum demusait, nobis hæc credite puppis

Aduenit, & leuior lemno deus æquore flexit. *f. mulcibng*

Huc mnyas, venus ipsa volens dat tempora iungi,

ARGO. II

Dum vires vtero, maternaq; sufficit aetas.
 Dista placent, portatq; preces ad litora gravis
 Iphinoe, nec turba nocens, scelerisq; recentis
 Signa mouent, tollitq; loci cytheræa timorem.
 Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
 Deicit, infuetis & iam pia munera templis
 Reddit, & hac prima veneris calet ara iuuenca.
 Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
 Fumant saxa iugis, coquiturq; vaporibus aer.
 Substitit æsonides, atq; hic regina precari
 Hortatur, causasq; docens. Hec antra videtis,
 Vulcantq; (ait) ecce domos, date vira precesq;
 Forſitan hoc factum taceat iam fulmen in antro,
 Nox dabit ipſa fidem, clauſæ cum murmura flammæ
 Hoſpes, & incuſſæ ſonitum mirabere maſſæ.
 Mœnia tum viresq; loci, veteresq; parentum
 Iactat opes, mediis ſamule comuua tectis
 Expediunt, tyrio vibrat thorus igneus œtro.
 Stat mcerens atanos reges, regeſq; maritos
 Threſſâ manus, quæcunq; faces timuiſſe iugales
 Credita, nec dominæ ſanctum tergiſſe cubile.
 Tam medio æſonides, iam ſe regina locauit.
 Poſt alii proceres, ſacris dum vincitur extis
 Prima famas, circum pateris, it Bacchus, & omnis
 Aula ſilet, dapibus coeptis mox tempora fallunt
 Noctis, & in ſeras durant ſermonibus ymbras.
 Præcipueq; ducis caſus mirata requirit
 Hypſipyle, quæ fata trahant, quæ regis agat vis,
 Aut vnde æmonia molem ratis, vnus hæret
 Alloquio, & blandos paulatim colligit ignes,
 Iam non dura thoris, veneri nec ſiniqua reuerſa
 Et deus ipſe moras, ſpaciũq; indulget amori.

Æsonides

Æsonides

Æsonides

Æsonides

Æsonides

Pleiada lege poli nimboſo mouerat aſtro
 Iuppiter, æternum voluens opus, & ſimul vndis *i. cœlum*
 Cuncta ruunt, vncq; dei pangca ſub iſtu, *promontorium eſt Thæcie*
 Gargaraq; & in cœſti ſteterant formidine lucl. *ſonantis ide*
 Scutor haud alio mortales tempore gentes
 Terror agit, tunc *ſ. ciouem* virget enîm, tunc flagitat iras *pro urgebat*
 In populos aſtrea tonem, terrisq; relictis *i. juſticia*
 Inuocat aſſiduo faturnia ſidera queſtu. *i. iuribiter illas que ſunt juſte*
 Inſequitur niger, & magnis cum fratribus Euris *ſ. Saturnus*
 Intonat agæo, tenditq; ad litora pontus, *ſ. iuliano*
 Et lunam quarto denſam uidet imbribus ortu
 Theſpiades, longis cœptis & fluctibus arcet *ſ. dicitur*
 Què metus, vſq; nouos diue melioris ad ignes *ſ. dicitur*
 Vrbe ſedent læti minyc, viduiſq; vacantes *i. ardentia*
 Indulgent thalamis, nimboſq; educere luxu,
 Nec iam velle vias, zephyroſq; audire vocantes
 Diſſimulant, donec reſides tyrynthius heros *i. hercules peribraſis eſt*
 Non tulit, ipſe rati inuigilans atq; integer vrbis, *ſ. caniaſ ubiq;*
 Inuidiſſe deos tantum maris æquor adortis,
 Deſertaſq; domos, fraudataq; tempore ſegni *ſ. tardo*
 Vota patrum, quid & ipſe uiris cunctantibus adſit *ſ. hercules*
 O miſeri quicumq; tuſ accessimus actis.
 Phasin & Aecten, ſcythicaſq; pericula ponti
 Redde ait Aelonide, me tecum ſolus in equor
 Rerum traxit amor, dum ſpes mihi ſiſtere montes
 Cyaneos, vigilemq; alium ſpoliare draconem. *ſ. petras illas cyaneas*
 Si ſedet egæi ſcopulos habitare profundi, *ſ. ſi placet*
 Hoc necum Telamon peraget meus, hæc ubi diſta
 Haud ſecus æſonides monitis accenſus amaris,
 Quam bellator equus, longa quem frigida pace
 Terra iuuat, breuis in leuos piger angitur orbes,
 Frenata tamen dominumq; uelit ſi martius aures *ſ. bellus*

Alph

Alph
2. Col
807

Mæſus.
Longus.
Lilentiſ.
ſ. dicitur
ſ. dicitur

Clamor, & obliti rursus fragor impleat æris. *et turbæ*
 Tunc argum, tiphymq; vocat, pelagoq; parari
 Precipitat, petit ingenti clamore *magister s. nauis*
 Arma, viros, pariter sparsosq; in litore remos.
 Exoritur nouus vrbe dolor, planctusq; per omnes
 It facies antiqua domos. sibi incenia linqui
 En iterum, & quando natorum tempora, gentem
 Qui recolant, qui scepra gerant, nunc triste nefandæ
 Noctis opus, vidui nunc illa silentia tecti
 Sæua magis, thalamos excussa; vincla quod aufe
 Imbuere, atq; iterum tales admittere curas.
 Ipsa quoq; Hypsipyle subitos per litora cursus
 Vt vidit, totaq; viros decedere lemno,
 Ingemit, & tali compellat Iasona questu.

*s. vnde bunt**s. filij**s. venit in me
tem mulieribus**et nauis**in palage est**et iasonis**et pingit**et thooas rex**s. dampsis**et gammeos**et asonij mede**s. iouis*

Iam ne placet primo deducere vela sereno
 Carius o mihi patre caput? modo sæua quierant
 Aequora, si portus fugeret ratis aspera, si te
 Pleias in aduersæ tenuisset litore thraces. *et s. iasonis*
 Ergo moras cælo, cursumq; tenentibus vndis
 Debuimus, dixit lachrymans, hæsurasq; caro
 Dona duci promit, chlamydem, textosq; labores.
 Illic seruati genitoris conscia sacra
 Pressit acu, currusq; pios. stant sæua parentum *et mihæ*
 Agmina, dantq; locum, viridis circum horrida tela
 Silua tremit, mediis refugit pater anxius umbris.
 Pars & frondosæ raptus expresserat idæ,
 Illustremq; fugam pueri, mox æthere lætus
 Adstabat mensis. quin & Iouis armiger ipse *et aquila*
 Accipit a phrygio iam pocula blanda ministro.
 Tuncensem notumq; ferens insigne thoantis
 Accipe ait, bellis mediæq; vt puluere pugna
 Sit comes, æthnici genitor quæ flammea gessit

et iouis

LIB. II.

Dona dei, nunc digna tuis adiungier armis. *parapox est ad summo*
 I memor, i terre, que vos amplexa quieto *dieodny*
 Prima sinu, refer & domitis a colchidos oris
 Vela per hunc, vtero quem linquis Iafona, nostro. *v per hunc filio hunc*
 Sic ait, æmonii labens in colla mariti. *v thesalia habeo in utero*
 Nec minus orphæa tristis ceruice, tuas
 Acacide, & gemino coniux a Castore pendet. *hoc dicit quia pollux*
 Has inter lachrymas legitur piger vncus arenis. *castore tenet semell*
 Iam remi rapuere ratem, iam flamina portant. *et maxime si mih*
 Spumea subsequitur fugientis semita clau. *v archoed*
 Tunc tenuis Lemnos, transitq; Electria tellus *v sommo theacia dicit*
 Threicis arcana sacris, hic numinis ingens *electra filia atblant*
 Horror, & incautis decreta piacula linguis. *it plerones*
 Hanc demissa Ioui non vnquam lædere fluctu
 Audet hyems, sponte ipse deus tunc asperat vndas,
 Cum vetat infidos sua litora tangere nautas.
 Obuius at Minyas, terris adytisq; sacerdos
 Excipit, hospitibus referans secreta Thyotes. *nomem sacro obis deoz*
 Hactenus in populos, vates Samothracia duum
 Missa mane, sacrisq; metum seruemus opertis.
 Illi sole nouo læti, plenisq; deorum. *v ad deoz*
 Confidunt transiris iam quas prouiderat vrbes
 Nauita condebat, pro ræq; accesserat Imbros, *insula apud hellespontu*
 Et sol æthereas medius conscenderat arces. *hypalage est*
 Thessala dardanis tunc primum puppis arentis
 Adpulit, & fatis sigæo litore sedit. *promontorium est troie et illic*
 Desiliunt, pars hic leuibus candentia velis *ibis corinthi fuit pericles*
 Castra leuat, tracto pars frangit adorea saxo
 Farra, citum strictis alius de cautibus ignem
 Ostendit foliis, & sulphure pascit amico.
 Alcides Telamonq; comes dum litora blando
 Anfractu sinuosa legunt, vox attigit aures

Abela
mons. fellu
rom

ARGO.

Lebilitate

Ellii cen.
Sabellic⁹.
qua.

Suox

.i. eo

.i. multitudo

insula et arcopida

.i. hercules.

ig. fuit pater aspis
ab eo dicta fuit dios

Sabellic⁹.
fregit.

Masertius.
venere.
Alliensis.
idea.

.i. animal quod

.i. ne compares.

.i. oscula

Flebile succedens, cum fracta remurmurat vnda,
Attoniti pressere gradum, vacuumq; sequuntur
Vocis iter. iam certa sonat, desertaq; dure
Virgo neci, quem non hominum superumq; uocabat
Acrius hoc instare viri, succurrere certi.
Qualiter impleuit gemitu cum taurus acerbo
Aua, frangentem morsu super alta leonem
Terga ferens, coit e sparso concita mapali
Agrestum manus, & ecco clamore coloni.
Constitit alcides, usucq; enixus, in alta
Rupe truces manicas, defectaq; virginis ora
Cernit, & ad primos surgentia lumina fluctus.
Exanimum veluti, multa tamen arte coactum
Mceret ebur, pariusue notas & nomina sumit
Cum lapis, aut aliqui referunt miranda colores.
Ductor ait, quod virgo tibi nomenq; genusq;
Que mors ista doce, tendunt cur vincula palmas?
Illa tremens, tristiciq; oculos delecta pudore
Non ego digna malis, inquit, suprema parentum
Dona vides ostro scopulos, auroq; frequentes. .i. plenas
Nos ili veteris quondam genus, inuida donec
Laomedonteos fugeret fortuna penatis.
Principio morbi, celoq; exacta sereno
Temperies, arsero rogis certantibus agri,
Cum subitus fragor, & fluctus idæ mouentes
Cum stabulis nemora, ecce repens confurgere ponto
Bellua, monstrum ingens. hanc tu nec montibus vllis,
Nec nostro metite mari, princepsa fidenti. .i. pueri
Huc manus amplexus inter planctusq; parentum
Deditur. hoc sortes, hoc corniger imperat ammon. .i. de
Virgineam damnare animam, sortitaq; lethem
Corpora. crudelis scopulis me destinat urna.

.i. contans ubi
erant sortes.

Verum o iam redeunt phrygibus si numina, tuq;

Ille ades auguriis promissæ, & forte deorum,

Iam cui candentes votiuo in gramine pascit

Cornipedes genitor nostræ stata dona salutis,

Annue, meq; precor, defectaq; pergama monstros

Eripe (nanq; potes) neq; enim tam lata videbam

Pectora, neptunus muros cum iungeret astris.

Nec tales humeros pharetramq; gerebat apollo.

'Auxerat' hæc locus, & facies mœstissima capti

Litoris, & tumuli, cœlumq; quod incubat vrbi.

Quale laborantis nemees iter, aut erymanthi

Vidit, & infecte miseratus flumina lernæ.

Dat procul interea signum neptunus, & ura

Monstriferi mugire sinus, sigæaq; pestis

Adglomerare fretum, cuius stellantia glatica

Lumina nube tremunt, atq; ordine curua trifulco

Fulmineus quatit ora fragor, pelagoq; remenso

Cauda redit, passusq; sinu rapit ardua ceruix:

Illam incumbentem per mille volumina pontus

Prosequitur lateri adsultans, trepidisq; ruentem

Litoribus sua cogit hyems. non fluctibus equis

Nubiferi venit vnda noti, non aphricis alto

Tantus ouat, patriisq; manus cum plenus habentis

Orion bipeclum statum mare tollit equorum.

Ecce ducem placite furis crudescere pugne,

Surgentemq; thoris stupet, immanemq; paratu

Acacides, pulsentq; graues vt terga pharetræ.

Ille patrem, pelagiq; deos, suaq; arma precatus

Insiluit scopulo, motumq; e sedibus æquor

Horruit, & celsi spaciofa volumina monstri.

Qualis vbi a gelidi Boreas conuallibus Hebri

Tollitur, & volucres Rhiphæa per ardua nubes

*antipotes est. casus pro ca
i. ignos volucres. hiphæa est*

*Sabellio.
hauserat*

antipotes est arcadie.

*promontorium est troie
ubi saluit hercules*

s. austeri

si quis fuit neptunij qui

scit dux opitur magni

tempestatem.

i. hercules

i. thebes

i. mæris

*mythes sunt
theacie*

Præcipitat, piceo necdum tenet omnia cælo.
 Illa simul molem horrificam, scopulosaq; terga
 Promouet, ingentiq; umbra subit, intremere ide
 Illiditq; ratis, pronæq; refurgere turres.
 Occupat alcides arcum, totaq; pharetræ
 Nube premit, non illa magis quam sede mouetur
 Magnus eryx, deferre velint quem vallibus imbres.
 Iam breuis, & telo volucris non vtilis aer.
 Tum vero fremitus, vaniq; infania cepti,
 Et tacitus pudor, & rursus pallefcere virgo.
 Proficit arma manu, scopulos vicinaq; saxa
 Respicit, & quantum ventis adiuta vetustas
 Impulerit, ponti ve fragor, tantum abscidit imi
 Concutiens a sede maris, iamq; agmine toto
 Pistris adest, miseræq; inhiat iam proxima prædæ.
 Stat mediis elatus aquis, recipitq; ruentem
 Alcides, saxoq; prior surgentia colla
 Obruit, hinc vastos, nodosi roboris ictus
 Congeminat, fluctus præceps defertur in imos
 Iam totis resoluta vadis, idæaq; mater & cibeles.
 Et chorus, & summis vlularunt collibus amnes.
 Protinus e scopulis, & opaca vallè refurgunt
 Pastores, magnisq; petunt clamoribus urbem.
 Nuncius hinc socios Telamon vocat, ac simul ipsi
 Horrescunt, subitoq; vident in sanguine puppem.
 Nec minus in scopulos, crudiq; cacumina saxi
 Emicat alcides, vinclisq; tenentibus aufert
 Virgineas de rupe manus, aptatq; super bis
 Arma humeris, regem inde petens superabat ouante
 Litora tuta gradu, qualis per pascua victor
 Ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis.
 Taurus, vbi assueti pecoris stabula alta reuifit,

.i. ille debetur.
 .i. hercules.

/mons est scilicet

.s. vobis est.

.s. hercules.

pifis ille magis.

Et patrum nemus, & bello quos virtus amores.

Obiua cui contra longis emissâ tenebris

Turba phrygum, paruumq; trahens cum cōiuge natū *et priamum*

Laomedon, iam mœstus equos, iam debita posci

Dona gemit, pars aerii fastigia muri

Cingit, & ignotis iuuenem mirantur in armis. *et herculem*

Illum torua tuens, atq; acri lubricus astu

Rex subit, & patrio fatur malelectus amore.

Maxime graugenum, quem non sigæa petentem. *et priamum*

Litora, nec nostræ miserantem funera troiæ

Appulit his fors ipsa locis, si vera parentem

Fama iouem, summiq; tibi genus esse tonantis,

Noster ades, iunctisq; venis, fator vnus, & idem. *et de ambobus*

Stirpis honos, quamquam longis distungimur oris.

Quot mihi post lachrymas, post quanta piacula patrū

Serus ades? quam parua tuis iam gloria factis?

Verum age nunc socios fraternis mœnibus infer,

Vt tibi seruata statui quæ munera prole

Craffina lux biuges stabulis ostendat apertis.

Dixerat hæc, tacitosq; dolos, dirumq; volutat

Corde nefas, clausum vt thalamis, somnoq; grauatum

Inmolet, ereptaq; 'luat' responsa pharetra.

Eliz. Leues

Nanq; bis herculeis deberi pergama telis

Audierat. Priami sed quis iam verte re regni

Fata queat? manet immotis nox duria iustris, *et nox illa in qua tu*

Et genus Aeneadum, & troiæ melioris honores. *capta fuit troia*

Nos ait ad scythici tyriynthius hostia ponti *et iunum illum signum*

Raptat iter, mox huc vestras reuehemur ad oras,

Donaq; dicta feram, tum vero plura vocatis

Annuit ille deis, promissâ infida tyranni. *et regis laomedontis*

Iam phryges, & miseræ stebant discriminatroiæ.

Panditur hinc totis in noctem carbasus alis,

Litoraꝫ & veteres tumulos prælabitur illi,
 Dardanumq; patrem, vigili simul omnia ludo
 Festa vident. hinc vnda sacris, hinc ignibus idæ
 Vibrat, & horridæ respondent gargara buxo.
 Inde ubi iam medii tenuere silentia ponti,
 Stridenteq; iuuant auræ, phryxæa subibant
 Aequora, & angustas quondam sine nomine fauces
 Ecce autem prima volucrem sub luce dehiscens
 Terruit vnda ratem, vittataq; constitit helle,
 Iam Panopes, Thetidifq; soror, iamq; aurea læua *f. manu*
 Sceptra tenens, dum sternit aquas, proceresq; ducemq;
 Aspicit, & placidis compellat iasona dictis.

Te quoq; ab Aemoniis ignota per æquora terris,
 Regna infesta domus, fatifq; similissima nostris
 Fata ferunt. iterum æolios fortuna nepotes
 Spargit, & infelix scythicum gens quaeritis animum.
 Vasta super tellus, longum (ne defice coeptis)
 Aequor, & ipse procul (verum dabit hostia) phasis.
 Hic nemus arcanum, geminæq; virentibus aræ
 Stant tumulis, hic prima pio solemnia phryxo
 Ferte manu, cineriq; precor, mea reddite dicta.

Non ego per stygiæ (quod fere) silentia ripæ
 Frater agor. frustra vacui scrutaris auerni
 Care vias. neq; enim scopulis me & fluctibus actam
 Frangit hyems. celeri ex templo subiere ruentem
 Cymothoe, Glaucifq; manu. pater ipse profundis. *i. napolun.*
 Has etiam sedes, hæc numine tradidit æquo
 Regna, nec Inois noster sinus inuidet vndis.
 Dixerat, & mæstos tranquilla sub æquora vultus
 Cum gemitu tulit, vt patris rediere dolores.
 Tum pelago vna inuergens dux talibus infit.

Vndarum decus, & gentis crethæia virgo.

v. allitatio mon
ris idæ.

v. belle spontum.

v. vltis vni mibe
nymphæ est manis

v. familie.

v. phasiam.
pro supore est.

v. f. est.

v. curo.

v. nō reor

nymphæ est manis

v. nec noueræ.

Pande viam, cussuq; tuos age diua secundo.
 Immittitq; ratem, mediaq; interuolat vrbes, *est pesson et inter abro*
 Qua breuibus furit æstus aquis, asiamq; prementem
 Effugit abruptis Europa immanior oris.
 Has etiam terras, confertaq; gentibus arua
 Sic pelago pulsante (reor) neptunia quondam
 Cuspis, & aduersi longus labor abscedit æui,
 Vt siculum, libycumq; latus, stupuitq; fragore
 Ianus, & occiduis regnator montibus Atlas. *mons est mauretymus. in*
 Iam iuga Percotes, pariuinq; infame fragosis *Conuersus fuit atlas. p*
 Exuperant: phthiamq; vadis, transmissaq; puppi
Lampfacus, ogygi quam nec trieterica Bacchi *rium tal est*
 Sacra, neq; arcanis phrygius furor inuchitantris. *est theban*
 Sed finis in venerem raptat deus, illius aras *est peias*
 Vrbe super, celsiq; vident velamina templi. *est velamenta ip sig p*
 Rarior hinc tellus, atq; ingens vndiq; cælum
 Rursus, & incipiens alium prospectus in orbem.
 Terra sinu medio pontium facit inter & hellen *est paximur. in hellas*
 Ceu fundo prolata maris, nanq; improba cecis
 Intulit arua vadis, longoq; sub æquora dorso
 Litus agit, tenet hinc veterem confinia bus oris
 Pars phrygiam, pars discreti iuga pinea montis.
 Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
 Vrbs placidis demissa iugis, rex diuitis agri
 Cyzicus, æmonie qui tum noua signa carine
 Vt videt, ipse vltro primas procurrit ad vndas,
 Miraturq; viros, dextramq; amplexus, & herens
 Incipit, o terris nunc primum cognita nostris
 Aemathie manus, & fama mihi maior imago.
 Non tamen hæc adeo semota neq; ardua tellus,
 Longaq; iam populis imperua lucis coæ,
 Cum tales intrasse duces, tot robora cerno.

ARGO.

Nam licet hinc sævas tellus alat horrida gentes
 Meq; fremens tumido circumfluat ore propontis,
 Vestra fides, ritusq; pares, & mitia cultu
 His etiam mihi corda locis. Procul effera virtus
 Bebrycis, & scythici procul inclementia sacri.
 Sic memorat, lætosq; rapit, simul hospita pandi
 Tecta iubet, templisq; sacros largitur honores.
 Stant gemmis auroq; thori, mensq; paratu
 Regifico, centunq; pares primaeva ministri
 Corpora, pars epulas manibus, pars aurea gestant
 Pocula, bellorum casus expressa recentum.
 Atq; ea prima duci porgens carchestia grato
 Cyzicus, hic portus inquit mihi territat hostis.
 Has acies sub nocte refert. hæc verba pelægum
 Terga vides. meus hic ratibus qui pascitur ignis.
 Subiicit æsonides. vtinam nunc ira pelægos
 Afferat, & solitis tentent concurrere furtis,
 Cunctaq; se ratibus fundat manus, arma videbis
 Hospita, nec post hanc vltra tibi prælia noctem.
 Sic ait, hasq; inter variis nox plurima dictis
 Rapta vices, necnon simili lux postera tractu.

FINIS.

C. VALERII FIACCI SETINI
 BALBI ARGONAVTICON
 LIBER TERTIVS.



Artia iã gelidas tithonia soluerat vndas
 Exueratq; polum, tiphyn placida alta
 vocabant.
 It tectis argoæ man⁹, simul vrbe pfulsi
 Aeneadē, caris sociū digressib⁹ herēt.

Zilensis.
 Scinde.

a. citizen qui strabebant originem aciazem rege
 vel ab inenes thesalot

regis et betinje
 apud myria m. gn
 gna dignabat
 omjg.

pro. p. oringens.
 s. rex mifer

s. est

s. Jason

v. amoro

v. recca

a. b. aspi
 7. alla

a. ex. o. leti

s. pocula

Dat ceterem, letumq; pecus, nec palmite Bacchum
Bithyno, phrygio ve satum, sed quem sua noto
Colle per angustae lesbos freta suggerit helles.
Ipse agit aesonidae iunctos ad litora gressus
Cyzicus, abscessu lachrymans. Percosia vestes,
Quas dabat, & pistochlanydem variauerat auro.
Tum galeam, & patriae telum insuperabile dextrae
Addidit. ipse ducis pateras, & thessala contra
Frena capit, manibusq; datis iunxere nepotes.

vijnum metonij mja
insula est accapela
qua est bosub vij
na dite percosij repis
que uxor erat cit
pis.
12 jasonis

Tu mihi nunc causas, infandaq; praelia Clito
Pande virum. tibi enim superum data virgo facultas
Nosse animos, rerumq; vias. cur talia passus
Arma, quid hospitii iunctas concurrere dextras
Iuppiter, unde tubae, nocturnaq; mouit Erinnyis.

Clito & musa
mons est si celeb

Dindyma sanguineis famulum Bacchata lacertis
Dum volucris quatit asper equo, siluafq; fatigat
Cyzicus, ingenti praede deceptus amore,
Adstuetum phrygias dominam vectare per vrbes,
Oppressit saculo redeuntem ad frena leonem.
Et nunc ille iubas, captiuq; postibus ora,
Muneribus primas coniux Percosia vestes
Imposuit, spoliium infelix, diuæq; pudendum.

mons est si celeb
12 abelem mactem
12 Clite

Que postquam aemoniam tantæ non immemor iræ
Aerifono de monte ratem, praefixaq; regum
Scuta videt, noua monstra viro, noua funera voluit,
Vt facias in nocte manus, vtq; impia bella
Conferat, & fauis erroribus implicet urbem.
Nox erat, & leni cane bāt æquora sulco,
Et iam prona leues spargebant sidera somnos.
Aura vehit, religant tonsas, veloq; proneson?
Et te iam medio flauentem Rhindace ponto,
Spumofumq; legunt fracta scylacæon ab unda,

12 de monte dindym
12 a zilo repis
Ellis 1210 =
chelou.
Fluwig q

12 promolonum est be
E/ jasonis

ARGO.

Ipse diem longe solisque cubilia Tiphys *v. p. u. a. s. m.*
 Consulit. ipse ratem vento stellisque ministrat.
 Atque illum non ante sopor luctamine tanto
 Lenitagens, diuum imperitis cadit inscia clauo
 Dextera, demittitque oculos, resolutaque puppis
 Turbine stectit iter, portuque refertur amico.
 Ut notis allapsa vadis, dant et there longo
 Signa tube, vox & mediis emissa tenebris.
 Hostis habet portus, soliti rediere Pelasgi.
 Rupta quies, deus ancipitem lymphauerat urbem,
 Mygdonique Pan iussa ferens sciuissima matris,
 Pan nemorum belli que potens, quem lucis ad horas *v. d. o. j.*
 Antra tenent, patet ad medias per deua noctes
 Setigerum latus, & toruque coma sibila frontis.
 Vox omnes super vna tubas, qua conus & enses, *v. s. m. j. t. a. g. a. l. e. s.*
 Quatrepidis auriga rotis, nocturna que muris
 Claustra cadunt. tales que metus non martia cassis,
 Eumenidum que come, non tristis ab ethere gorgo *v. m. e. d. u. j. a.*
 Sparserit, aut tantis aciem raptauerit umbris.
 Ludus & ille deo, pauidum presepibus aufert
 Cum pecus, & profugi sternunt dumeta iuuenti.
 Illicet ad regem clamor ruit, exilit altis
 Somnia dira thoris, simulacra que pallida linquens
 Cyzicus. ecce super foribus bellona reclusis
 Nuda latus, passuque mouens orichalca sonoro *v. v. m. a.*
 Adstittit, & triplici pulsans fastigia crista, *v. g. a. t. e. a.*
 Inde cetera virum. sequitur per incensa demens
 Ille deam, & fatis extrema in prelia tendit.
 Qualis in Alciden & Thesea Rhoetus, iniqui *v. p. c. e. n. t. a. u. o. s.*
 Nube meri, geminam Pholoen, maiora que cernens *m. o. n. s.*
 Astra ruit. qualisue redit venatibus actis *L. a. r. c. h. u. m.*
 Lustra pater, trisiamque canens, humeroque Learchuni
v. o. i. a. m. a. m. *v. s. l. i. u. s. s. u. m. m.*

v. potemv. nauisv. abelesv. sibilansv. uigilesv. furiasv. ilicopro Superestv. ciziamv. azig rexv. uinjv. althamas

LIB. III.

Aduerit, at miserę declinant lumina Thebe. *v. thebanj*
 Iamq; adeo nec porta ducem, nec pone moratur *v. arium*
 Excubias fortita manus, quę prima furenti
 Aduolat, hinc alii subeunt, vt proxima quęq;
 Intremuit domus, & motus accepit inanes.
 At Minyas anceps fixit pauor, egra virorum
 Corda labant, nec quę regio, aut discrimina cernunt,
 Cur galeę clypeiq; micent, num peruisil armis. *s. turba illa*
 Donec & hasta volans immani turbine, transiris
 Infonuit, mouitq; ratem, rapere obuia cęca *v. rapiēbant*
 Armam manu, princeps galeam constringit Iason
 Vociferans, primam hanc nati pater accipe pugnam, *s. aeson*
 Vosq; viri optatos huc affore credite colchos.
 Bistonas in medios, ceu martius exilit astris *v. thianes*
 Currus, vbi ingentes animę clamorq; tubęq;
 Sanguineę iuuiere deum, non segnius ille *s. quoz deq; mors*
 Occupat arua furens, sequitur vis omnis achinum. *v. gæoz*
 Ad glomerant latera & densis thoracibus horrens
 Stat manus, eę ifono quam nec fera pectore virgo *v. phallas*
 Dispulerit, nec dextra Iouis, terrorq; pauorq;
 Martis equi, sic contextis vmbombus herent.
 Cęruleo veluticum Iuppiter agmine nubem
 Constituit, certant zephyri, frustra q; rigentem
 Pulsat vtrinq; Notus, pendent mortalialongo
 Corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat aruis. *s. nubes*
 Hinc manus infœlix clamore impellere magno
 Saxa, faceq; atras, & tortę pondera Fundę.
 Fert sonitus immota phalanx, irasq; retentat,
 Congeries dum prima fluat, stillantia mopsus
 Tegmina, & ingentem corythi notat Eurytus vmbra.
 Restitit ille gradu, seseq; a lumine ferri *v. ensis*
 Sustinuit pęceps, subitum ceu pastor ad animum

Liliensis.
 Stellantia.



ARGO.

Spumantem nimbis, fluctuq; arbusta ruentem,
 Et Tydeus, en intentis quem viribus inquit
 Experiar, manibusq; dari quem comin? optem:
 Quo steteris, moriere loco. subit illa cuspis
 Ochenti. dedit ille sonum, compressaq; mandens
 Aequora, purpuream singultiibus expulit hastam.
 Ac velut in medio rupes latet horrida ponto,
 Quam super ignari nunquam rexere magistri
 Precipites impunehates, sic agmine ceco
 Incurrit strictis manus ensibus. occubat Iron,
 Et Cotis, & Pyrno melior genitore Bienor.
 At magis interea diuerso turbida motu
 Vrbs agitur. Ceniso coniux amouerat arma.
 Ast illi subitus ventis, viuoq; reluxit
 Torre focus, telis gaudes miserar. de repertis.
 Linqvit & vindantes mensas, infectaq; pernox
 Sacra Medon, chlamys imbelli circudedit ostro
 Tortamanum, strictoq; vias praefulgurat ense.
 Talis in arma ruit. nec vina dapesq; remota. *S. Ineuit*
 Statq; loco thorus, in quo omnes mansere ministri.
 Inde vagi, nec tela modis, nec casibus iisdem
 Conseruere manus, longe & iacere perempti.
 Ecce grauē nodis, pinguiq; bitumine quassans
 Lampada, turbata Phlegias decurrit ab urbe.
 Ille leues de more manus, acicinq; pelagum
 Per noctem remeasse ratus, pulsiumq; requirens
 Saepē sibi vano Thamyrum clamore petebat
 Arduus, & late fumanti nube coruscus. *in nubes*
 Quantus vbi immenso prospexit ab aetherē typhon
 Igne simul ventisq; rubens, quem Iuppiter alte
 Grine tenet, trepidant ditro sub lumine puppes.
 Tollitur hinc, totusq; ruit Tirynthius arcu,
in lxxi Caldas

*n. p. aigenoz**in aquam.**in sine periculo**in propria ci
aigenoz sunt.**n. p. aigenoz**n. p. aigenoz**n. p. pelagos*

LIB. III.

Pectore certa regens aduersa spicula flamma.

Per piceos accensa globos, & pectus harundo *n. p. aigenoz* *et sagittor*

Per medium contenta fugit, ruit ille comanti

Ore facem supra, maiorq; apparuit ignis.

Ambrosium Peleus, ingentem Ancus Achelum *n. propria argonante*

Sternit, & elate propius succedere dextre *ambrosioq; p. acheloq;*

Telecoonta finit, delectaq; ora securi *n. p. aigenoz* *Sabellio.* *1027*

Difficit ceruice tenus, simul aspera victor

desecuit.

Cingula sublustri vibrantia detrahit umbra.

Has precor exuias, & opima cadavera nostro

Linqute ait 'ferro', potius mihi dextera ferro

Elis ferro.

Nauet opus, prensunq; manu detruncat Amastrum.

Elis feretro *n. p. aigenoz*

Diuersaq; simul potius inuadere turmas

melig *soas.*

Admonuit, pergunt rupta testudine fusi,

Qua tenebre campiq; ferunt, grauis inuenit Ochum

Phlias, & trepido pollux impingitur Hebro. *n. p. zi.*

Ipsē super vultus, taboq; labantia terga,

Dum campi martisq; potens, vt ceca profundo

Currit hyems, zelyn, & Bronten, Abarinq; relinquit *n. p. zi.*

Semineces, Glaucum sequitur, Glaucumq; ruentem

Occupat, & iugulo vulnus molitur aperto.

Ille manu contra telum tenet, vltima frustra

Verba cians, fixamq; videt decrefcere corinum. *n. hastorum. melo rymia*

n. p. Hinc Alyn, hinc rigidotranscurrens demetit ense

Protinus insignem Cithara, cantuq; fluenti

n. p. zi. Dorcea, qui dulci festis assistere mensis

et Cala Pectine bistonie magnum post aufusalunnum. *n. post orpheum ge*

imo Nec pharetram aut acres vltra Tirynthius arcus *et throx.*

Exercet, socia sed difficit agmina claua.

Ac veluti magna iuuenum cum densa securi

Silua labat, cuneisq; gemit graue robur adactis,

Iamq; abies, piceoq; ruunt, sic dura sub ictu

[arbores sunt.]

ARGO.

Ossa virum, maleq; sonant, sparfusq; cerebro
 Albet ager, leuis ante pedes subfederat Idmon. *np. 32.*
 Occupat os barbamq; viri, clauaq; superne
 Intonat, occumbes & nunc ait Herculis armis,
 Domum ingens, semperq; tuis mirabile fati.
 Horrui ille cadens, nomenq; agnouit amicum
 Primus, & ignaris dirum scelus attulit vmbri.
 Nec tibi thessalicos tunc profuit Ornyte reges *np. 32.*
 Hospitiis, aut mente moras fouisse benigna,
 Et laribus sacrasse diem, procul aduenit Idmon, *np. 32.*
 Oblatamq; ferit galeam, cristasq; rubentes,
 Heu tibi dona gerens, quem te qualemq; videbit
 Attonitus ceruice parens: en frigidus orbes *np. 32.*
 Purpureos iam somnus obit, iam candor & anni
 Deficiunt, vitasq; fugit decus omne soluta. *np. 32.*
 Desere nunc nemus, & nympharum durus amorem.
 At diuersus agens turbanthem fallere neruo
 Tum primum puer ausus hylas (spes maxima bellis
 Pulcher hylas, si fata sinant, si prospera iuno)
 Prostrauitq; virum celeri per pectora telo.
 Accessere (nefas) tenebris fallacibus acti
 Tyndaride in sese, Castor prius ibat in ictus *Contraxit*
 Nescius, ast illos noua lux, subitusq; diremit *lomm*
 Frontis apex, tum Castor Ityn, qua cœrulus ambit *np. 32.*
 Balteus, & gemini committunt ora dracones.
 Frater Hagen, Tapsumq; securigerumq; Nealcem *np. 32.*
 Transigit, & Canthi pallentem vulnere Cydrum.
 Torserat hic totis connixus viribus hastam
 Venatori Erymo, breuis hanc sed fata ferentem *np. 32.*
 Prodidit, & piceo comitem miserata refulsit *lomm.*
 Luna polo, cessere iube, raptumq; per auras
 Vulnus, & extrema sonuit cita cuspide cassis.

*f. hercules**r. moriens**r. deis domesticis**f. raptus**f. raptus est**r. castor & pollux**r. argonantz**f. pollux**np. argonantz**np. 32. 32. 32.**r. hastas raptas**(commota)*

n. p. zi Nisicum Telamon, & Ophelten vana sonantem n. p. zigenoz 7

Per clypei cedentis opus, partemq; trilingem,
Qua stomachi secreta ferit, lectusq; profatur.

Dii precor hunc regem, aut eque delegerit alta
Fors mihi gente satum, magnusq; & flebilis vrbi
Conciderit, super addit Aren, fratremq; Melanthum,
Phoreaq; Olenideh, ^{scribitur} Lelegum qui pulsus ab oris

n. p. zi
propelli sunt

Regis amicitiam & famuli prioris honores,
Qua patiens non arte tulit: nox alta cadentium
Ingentes donec sonitus, augetq; ruinas,

Vt magis Inarime, magis vt mugitor anhelat mons est Campanie

mons est

Vesuius, attonitas ater cum suscitatur vrbes,
Sic pugne crebescit opus, neq; enim ignea cedunt. i. d. cedunt.

Astra loco, lentis heret nox conscia bigis.

Perge age tartaree mecum simul omnia noctis

Musa sequi, trepidam Phaethon afflauit ab alto
Tisiphonen, grauiorq; locos iam luce propinqua
Vmbra premit, non signa virum, non funera cernunt,
Et rabie magis ora calent, vos prodite diue,

z. equis aureore gis
aureora habebat dno
ignos. s. tam ad
et phaetonem.

Eumenidum, noctisq; globos, vaticq; patescat. s. mihi

Armorum fragor, & tepidi singultibus agri
Labentem, atq; acti Minyis per litora manes. i. ab argo nautis

Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet

Fata trahens, iam pulsa sibi cessasse pelagum

Agmina, iam passim vacuos disiecta per agros
Credidit ouans, tales aditus, ea gaudia fingit. i. talia gaudia

Ira deum, fundo veluti cum Ceus in imo
Vincla iouis, fractoq; trahens adamante catenas. s. i. talia gaudia

Saturnum Tityumq; vocat, spemq; etheris amens
Concipit, ast illum stuitis & nocte remensa
Eumenidum canis, & sparset iuba reppulit hydre.

sigant fuit qui uo
habere rem in deo
tona

Sequit acerba fremens, tardumq; a mœnibus agmen

i. acerbe
nomen
pro ad uer
/ bio /

ARGO.

Incepit. nunquam ne dolor virtute subibit
 Nil ausas sine rege manus: at barbara buxus et tibia
 Si vocet, & motis vlvlantia dindyma facris,
 Tuncensis placeatq; furor. modo tela sacerdos
 Porrigat, & iusta sanguis exuberet vrna.
 Talibus insultans, iam dudum numine diue s. abeles
 Deficit, infracti languescunt frigore cursus.
 Corda pauent, audit fremitus irasq; leonum, s. par lanking
 Cornuq; & motas videt inter nubila turres. s. corone
 Tunc grauis, & certo tendens stridore per vmbra
 Aesonii venit hasta ducis, latumq; sub imo
 Pectore rumpit iter. quam nunc incognita vellet s. cigiq
 Lustra sibi, nullosq; datos venatibus annos. rex
 Talia magnanimi diuerso turbine fundunt
 Tela viri, sonitusq; pedum, suspectaq; motu
 Explorant. prensant socios, vocemq; repositum.
 Quod si tanta iouis' seros durasset in ortus,
 Extinctum genus, & solas per moenia matres
 Vidisset, stratamq; dies in litore gentem.
 Tum pater omnipotens tempus iam rege preempto
 Flectere fata ratus, miseratq; abrumper pugnans,
 Supremam celerabat opem, nutuq; sereno
 Intonuit, quem nocte fate, quem turbidus horret
 Armipotens. tunc porta trucidis coit infera belli.
 Continuo dant terga metu, auersiq; per agros
 Diffugiunt, que sola salus. nec terga ruentum
 Mens in minis conuersa sequi. stetit anxia virtus.
 Ecce leui primo iam spargere lumine portus
 Orta dies, nocteq; (nefas) albescere turres.
 Dii maris attonito conclamat ab agmine Tiphys.
 Vt mea fatali damnatis pectora somno.
 Heu socii quantis complerunt litora monstis.

nons est frigie

s. cigiq rex.

et tubas

Sabellio.
Titanis.

s. esse

s. fuit in fernalis

s. fuit

LIB. III.

Illi autem neq̄ adhuc gemitus, neq̄ conscia facti
Ora leuant. tenet exangues rigor horridus artus.

Ceu pauet ad crines, & tristia Pentheos ora

exanguis Thyas, vbi impulsam se deus agmine matris *filij sui*
furor lachri

Abstulit, & cęsi vaneſcunt cornua tauri.

Nec minus effuſi grandęuum ad littora vulgus

Vt ſocias videre manus, dare verſa retrorſus

Terga metu, dextram tendens proclamat Iaſon.

Quos fugitis? vellem hæc equidē me ſtrage meoſq̄

Procubuiſſe magis. deus hæc, deus aſper vtriſq̄

Implicuit. ſumus en minyę. ſumus hospita turba.

Curetiam flammis miſeroſq̄ moramur honores?

Tum ſuper exangues conſertę cędis acervos

Pręcipiti plangore ruunt, agnoſcit in alta

Strage virum ſua texta parens, ſua munera coniux.

It gemitus toto ſinuofa per equora cęlo.

Pars tenuis fletus, & adhuc ſtridentia preñſat

Vulnera, pars ſera componunt lumina dextra.

At vero in mediis exanguis rege reperto

Aggeribus, triſti ſileant ceu cętera planctu,

Sic famulum matrumq̄ dolor, ſi communis ad vnum

Verſa manus, circa lachrymis ac mentibus egri

Stant minyę, deſlentq̄ nefas, & cuſpidis iſtus

Aeſonię, ſortemq̄ ducis ſolantur acerbam.

Ille vbi concretos pinguiſam ſanguine crines,

Pallentesq̄ genas, infraſtaq̄ pectore caro

Tela, neq̄ heſternos agnouit in hospite vultus,

Ingemit, atq̄ artus ſatur complexus amicos.

Te tamen ignarum tanti miſerande furoris

Nox habet, & nullo teſtante mœdera queſtu.

At mihi lucifiſcum venit iubar, en quibus ad ſum

ARGO.

Colloquitis? cui me hospitio fortuna reuinxit?
 Extingui ne mea (fatis iam defuit vnum)
 Speravi te posse manu: talisue reliqui
 Has ego amice domos: quod si iam bella manebant,
 Et placitum hoc superis, non hæc mea iustius essent
 Funera: meq; tuus melius nunc plangeret error:
 Nec clari nunc antra dei, quercusq; tonantis: *equorum*
 Arguerem. tales ne acies: tales ne triumphos *silulæ de donec*
 Sorte dabant: tantumq; nefas mens conscia vatum
 Conticuit: patriæ exitium crudele senectæ,
 Et tot acerba canens: heu diuis visa sinistris
 Regna mihi. qui nam reditus: quæ me hospita tellus
 Accipiet: quæ non primis prohibebit arenis?
 Inuidere dei, ne phasidis arua remoti
 Et scythicas populatus opes, hæc rursus adirem
 Litora, neue tuos irem tunc ultor in hostes?
 Fas tamen est conferre genas, fas iungere tecum
 Pectora, & exangues miscere amplexibus artus.
 Vos age funereas ad litora voluite siluas,
 Et socios lustrate rogos, date debita cæsis
 Munera, quæ nostro misisset Cyzicus igni.
 Parte alia Clite laceras super ora mariti
 Fusa comas, misera in planctum vocat agmina matrū.
 Fatur & hæc, primis coniuæ ereptus in annis
 Cuncta trahis, nec dum suboles, nec gaudia de te
 Villa mihi, queis mæsta tuos nunc optine casus
 Perpeterer, tenui luctum solamine fallens.
 Mygdonis arma patrem, funestaq; prælia nuper
 Natales rapuere domos, triuicq; potentis *adime*
 Occidit arcana genitrix absumpta sagitta.
 Tu mihi qui coniuæ pariter fraterq; parensq;
 Solus, & a prima fueras spes vna iuuenta

etologia est Imperatoris
peris & mo

apollinis delicia

exor regis arii

regis

LIB. III.

Deseris heu, totamq; deus simul impulit urbem.

Ast ego non medea te saltem Cyzice vidi

Tendentem mihi morte manus, aut vlla morantis

Verba tuli. quin & thalamis modo quæsta morari

Heu talem tantiq; metus secura recepi.

Illam vix geminam mœrens, cum Castore pollux

Erigit herentem, compressaq; colla trahentem.

*Alfenis.
geminis.*

Interea innumeras nudatis montibus vrgent

Certatim, decorantq; pyras, & tempora mœsti

Summa locant. vadit sonipes ceruice remissa. *et equis*

Venatrix nec turba canum pecudumq; morantur.

Funereq; quæ cuiq; manus, quæ cura suorum,

Quæ fortuna fuit. medio rex aggere longo *Parisi*

Eminet. hunc crebris quatiens singultibus ora,

Adleuat Aesonides, celfoq; reponit in ostro.

Dat pietas auro atq; ardentis murice vestes,

Quas rapuit telis formosa vocantibus austris. *Suo anti 69 208*

Hypsipyle. galeam dilectaq; cingula regni

Inicit. ille suam vultus conuersus ad urbem

Sceptra manu veterum retinet gestamen aurum.

Nam quia nec proles, alius nec deniq; sanguis,

Ipse decus regniq; refert in sine parentis.

Inde ter armatos in myis referentibus orbes

Concussi tremuere rogi. ter inhorruit æther

Luctificum clangente tuba. iecere supremo *et iulice nomen pro aduecti*

Tum clamore faces. rerum labor omnis in auras

Soluitur, & celsis collucent equora flammis.

Scilicet hæc illo inuenem populosq; manebant

Tempore, peliæ cadet cum montibus arbor. *et monte pelio. qui mons e*

Hoc volucrumq; mine, præfagaq; fulmina longo *thesaly.*

Acta mari tulerant. sed quis non prima refellat

Monstra deum! longosq; sibi non auguret annos!

Iamq; solutus honos cineri, iam passibus ægris
 Dilapsæ cum prole nurus, tandemq; quiescunt:
 Dissona peruigili planctu vada, qualiter arces

ciuitas est ægypti

Ad patrias auibus medio iam vere reuectis
 Memphis, & aprici statio silet annua nili. *nilis fluxus est ægypti*

p. est

At non inde dies, neque iam magis aspera curis
 Nox minyas tanta cęforum ab imagine soluit.

Bis zephyri iam vela vocant, fiducia mcestis
 Nulla vitris, ægro affidue mens carpitur ęstu.

Nec dum omnes lachrymas, atq; omnia reddita cęsis
 Iusta putant, patria ex oculis, facer atq; laborum

Pulsus amor, segniq; iuuat frigescere luctu.
 Ipse etiam ęsonides (quanquam tristissima rerum

et filium d. pollinis

Castiganda duci, vultuq; preinenda sereno)
 Dulcibus indulget lachrymis, aperitq; dolorem.

Tum secreta trahens phœbeum ad litora mopsum,
 Quę nam (ait) ista lues? aut quę sententia diuum?

Decretusne venit fato pavor: an tibi nescunt
 Corda moras? cur iam in memores famęq; larisq; *domi*

Angimur: aut pariet quem nam hæc ignauia finem?
 Dicam ait, ac penitus causas, labemq; docebo

Mopsus, & astra tuens. Non si mortalia membra *quasi*

Sortitusq; breues, & parui tempora fati
 Perpetimur, socius superi quondam ignis olympi,

Fas ideo miscere neces, ferroq; morantes
 Exigere hinc animas, redituraq; semina cælo.

Quippe nec in ventos, nec in vltima solui mur ossa.
 Ira manet, duratq; dolor, cum deinde tremendi

et platonis

Ad solium venere Iouis, questuq; nefandam *et*
 Edocnere necem, patet ollis ianua lethi.

Atq; iterum remeare licet, comes vna fororum *et*
 Additur, & pariter terras atq; ęquora lustrant.

LIB. III.

Quisq; suos fontes, inimicq; pectora pœnis *i. inimicos.*
 Implicat, & varia meritos formidine pulsant.

At quibus inuito maduerunt sanguine dextrae,

Si fors saeva tulit miseros, sed proxima culpa *Lilensis.*

Hos variis mens ipsa modis agit, sua carpunt *Culpe.*

Facta viros refides, etiam nil amplius ausi

In lachrymas, humilesq; metus, ægramq; fatiscunt

Segnitiem, quos ecce vides, sed nostra requirit *i. quales*

Cura viam, memori iam pridem cognita uate.

Est procul ad stygiæ deuexa silentia noctis

Cimnerium domus, & superis incognita tellus *populi sunt Septentrio.*

Ceruleo tenebrosa situ, quo flammea nunquam

Sol iuga, fidereos nec mittit Iuppiter annos.

Stant tacitæ frondes, immotaq; silua comanti

Horret verna iugo, specus umbrarumq; meat?

Subter, & oceanî præceps fragor, aruaq; nigro

Vasta metu, & subitæ post longa silentia voces.

Enifer hic, atraq; sedens in veste Celæneus

In fontes errore luit, culpamq; remittens *i. lauat*

Carmîna turbatos voluit placantia manes.

Ille mihi quæ danda forent lustramina cæsis

Prodidit, ille volens herebunt terrasq; retexit.

Ergo ubi puniceas oriens ascenderit vndas, *i. sol.*

Tu socios adhibeto sacris, armenta q; magnis

Bina deis, me iam cœtus accedere vestros

Haud fas interea, donec lustralia pernox *i. expiatoria.*

Vota fero, mouet en gelidos Latonia currus. *i. luna.*

Flecte gradum, placitis sileant age litora cœptis.

Iamq; sopor mediis tellurem presserat horis,

Et circum tacito volitabant somnia mundo,

Cum vigil arcani speculatus tempora sacri

Ampycides petit aduersis Aesapia filius *fluviig est Pœnie.*

i. moysi.

ARGO.

Flumina, & æquoreas pariter decurrit ad vndas.
 Hic sale purpureo, viuaq; nitentia lympha
 Membra nouat, feq; horrificis accommodat actis.
 Tempora tuum vittis, & supplice castus oliua
 Implicat, & stricto designat litora ferro.
 Circum humiles aras, ignotaq; nomina diuum
 Instituit, siluaq; super contristat opaca.
 Utq; metum, numenq; loco, sacramq; quietem
 Addidit, ardenti nitidum iubar euocat alto.
 Atq; argoæ manus variis insignis in armis
 Ibat agens lectas aurata fronte bidentes.
 Delius hic longe candenti veste sacerdos
 Occurrit, ramoq; vocat. iamq; ipse recenti
 Stat tumulo placida transmittens agmina lauro.
 Ducit & ad fluuios, ac vincula soluere monstrat
 Prima pedum, glaucaq; comas prætexere fronde
 Imperat, hinc alte Phœbi surgentis ad orbem
 Ferre manus, totisq; simul procumbere campis.
 Tunc piceæ mactantur oues, profecta; partim
 Pectora, per medtos partem gerit obuius Idmon. notat.
 Ter tacitos egere gradus, ter tristia tangens
 Arma simul, vestesq; virum, lustramina ponto
 Pone iacit, rapidis adolentur cetera flammis.
 Quin etiam truncas nemorum, effigiesq; virorum
 Rite locat quercus, simulataq; subligat arma.
 Huc Stygias transire minas, iramq; seueri
 Sanguinis, his orat vigilans incumbere curas.
 Atq; ita lustrifico cantu vocat. ite perempti,
 Ac memores abolete animas, sint ocia vobis,
 Sit stygiæ iam sedis amor, procul agmine nostro
 Et procul ite mari, cunctisq; absistite bellis.
 Vos ego nec gratas vnquam contendere ad vrbes,

1. Argonauina

1. greta. hoc est bar
go nante

1. moyses

1. solis

1. in hac epica



LIB. III.

Nec trinitis vltulare velim, pecoriq; fatiscq;
 Nullę ideo pestes, nec luctifer ingruat annus.
 Nec populi nostrive luan ea facta minores.
 Dixerat, & summas frondentibus intulit aris,
 Libauitq; dapes, placidi quas protinus angus
 Vmbrarum famuli linguis rapuere coruscis.

Continuo puppem petere, & considerare transiris
 Imperat Ampycides, nec visum vertere terrę. *r. mopsus.*
 Exciderint quę gesta manu, quę debita fatis.
 Illi alacres, pars arma locant, pars ardua summis
 Infernunt tabulata foris, oriturq; trementum *r. transtus*
 Remorum sonus, & lætę concordia vocis.
 Iuppiter vrgentem ceu summa ceraunia nubem *montes sunt*
 Cum pepulit, mouitq; iugis, fulsere repente
 Et nemora & scopuli, nitidusq; reducitur æther.
 Sic animi rediere viris, iamq; ipse magister *r. thysphid*
 Nutat ab arce ratis, remisq; obsistere tendit. *r. fact. signum.*
 Instaurant primi certamina, liber amictu *r. nudus.*
 Eurytus, & dictis Talai non territus Idas.
 Inde alii increpitant, atq; equora pectore tollunt.
 Par gemitu pulsuq; labor, versumq; vicissim
 Mittitur in puppem remo mare, lætus & ipse
 Alcides, quis nam hos vocat in certamina fluctus? *r. heecales*
 Dixit, & intortis affurgens arduus vndis
 Percussit subito deceptum fragmine pectus.
 Atq; in terga ruens, Talaum, fortemq; Eribotem
 Et longe tantę securum Amphiona molis
 Obruit, inque tuo posuit caput Iphite transiro.
 Iam summas cœli Phœbus candentior arces *r. ardentior.*
 Vicerat, & longas medius reuocauerat vmbas.
 Tardior hinc cessante viro, quę proxima tiphys

Non euro.

f. uehitur
 namis

ARGO.

Litora, quosq; dabat densos trabe myfia montes
 Aduchitur. petit excelsas Tirynthius ornos.
 Hæret Hylas lateri, passusq; moratur iniquos.
 Illum vbi iuno poli summo de vertice puppem
 Deferuisse videt, tempus rata diua nocendi
 Pallada confortem curis, cursusq; regentem.
 Nequa inde inceptis fieret mora, fallere prima
 Molitur, caroq; dolis auertere fratri,

Tum sic alloquitur, procerum vi pulsus iniqua
 Germaniq; manu, repetit quo crimine Perfes:

Barbaricas iam mouit opes, hyrcanq; signa.
 Aetes contra thalamis & virgine pacta. *r. medea*

Conciliat reges scythicos, primusq; coacta
 Aduchit albana Styrys gener agmina porta.

Bellum ingens, atq; ipse citis Gradiuus habentis
 Fundit equos, viden arctoo de carcere quanta

Tollat se nubes, atq; equo pendeat atro:
 Corripe prima vias, finem cum phasidis alti *Phasidis At*

Transierit Perfes, faciemq; admouerit vrbis *Colchidus*

Cœpta refer, paulumq; nefas & fœdera necte
 Consiliis atq; arte tua. sponde adfore reges

Diis genitos, queis arma volens, queis agmina fungat.
 At virgo quanquam insidias æstusq; nouerç. *r. imo*

Sentiat, & blandos querentem fingere vultus *ms*
 Obsequitur tamen, & iussas petit ocyus oras.

Ingenuit iuno, tandemq; silentia rumpit.

En labor, en odiis caput insuperabile nostris.
Quam nemeam tot fessâ minis: que bellua lernæ
 Experiar: phrygiis vltro concurrere monstris
 Nempe virum, & pulchro referantem pergama ponto
 Vidimus. en ego nunc regum soror: & mihi gentis
 Vllus honos: iam tum indecoræ iussæq; dolorum

Joh. Sal.

hexentel

frater erat nothære
is Colchoz

r. deq; mars

Aliter acem

r. pallas

Ellensis,
Ellus.

quem leonem ne *
meum.

LIB. III.

Primitiæ, & tenero superati protinus angues,
 Debueram nullos inueni iam querere casus
 Vincta, nec ad tales forsitan descendere pugnas.
 Verum animis insiste tuis, actumq; mouebo. * meliq; mouebo.
 Tende pudor, mox & furias, ditem quoq; verto.
 Hęc ait, & pariter lęui iuga pinea montis
 Respicit, ac pulchro venantes agmine nymphas
 Vndarum nemorumq; decus, leuis omnibus arcus, *s. erat.*
 Et manicę virides, & stricta ^{cauca} myrtus auena, *s. pagilla*
 Summo palla genu, tenui vagus innatat vnda
 Crinis ad obscure decurrens cingula mamme.
 Ipsa citatarum tellus pede plausa *fororum s. nympharum*
 Personat, & teneris submittit gramina plantis.
 Equibus herculeo Dryope percussa fragore, *innacuat ex nymphis*
 Cum fugerent iam tela fere, processerat vltra
 Turbatum visura nemus, fontemq; petebat
 Rursus, & attonitos referebat ab Hercule vultus.
 Hanc delapsa polo, piceęq; acclius opacę *s. arbori*
 Iuno vocat, prensaq; manu sic blanda profatur.
 Quem tibi coniugio tot dedignata dicaui
 Nympha procos, en Aemonia puer appulit alno *s. nauis melonimja est.*
 Clarus Hylas, saltusq; tuos, fontesq; pererrat.
 Vidisti roseis hęc per loca Bacchus habenis *Maserius.*
 Cum domitas acies, & eci 'pericula' regni *spicula.*
 Duceret, ac rursus thyalos, & sacra mouentem.
 Hunc tibi, vel posito venantem pectine Phœbum *s. lęua depossita.*
 Crede dari, quę spes nymphis aufertur acheis? *s. pteas.*
 Pręceptum quanto proles hęc beia questu
 Audiet, & flauī quam tristis nata Lycornę? *n. s. hominē*
 Sic ait, & celerem frondosa per auia ceruium
 Suscitat, ac iuueni sublinem cornibus offert.
 Ille aui mos tardusq; fuge, longumq; resistens
s. longe.

ARGO.

Sollicitat, suadetq; pari contendere cursu.
 Credit Hylas, prædeq; ferox ardore propinque
 Insequitur, simul Alcides hortatibus vrget
 Prospiciens, iamq; ex oculis aufertur vterq;
 Cum puerum instantem quadrupes, fessaq; minatam
 Tela manu, procul ad nitidi spiracula fontis
 Ducit, & intactas leuis ipse superfugit vndas.
 Hoc puero perfusa modo est, nec tendere certat
 Amplius, vtq; artus & concita pectora sudor
 Diluerat, gratos audus procumbit ad amnes.
 Stagna vaga sic luce micant, vbi Cynthia coelo *. i. luna*
 Prospicit, aut medii transit rota candida Phœbi *. i. solis*
 Tale subar diffundit aquis, nil umbra, comeq;
 Turbauitq; sonus surgentis ad oscula nymphæ.
 Illa audas infecta manus heu sera cientem
 Auxilia, & magni referentem nomen amici
 Detrahit; adiute prononam pondere vires.
 Iam pater vmbrosis Tirynthius arcibus ornos *. i. arbor*
 Depulerat, magnoq; iugis stridore reuulsas *. i. res*
 Terga super fului porreerat horrida monstri,
 Litora curua petens, alio nam calle reuersum
 Credit Hylan, captaq; dapes auxisse ferina.
 Sed neque apud focios, structasq; in litore mensas
 Vnanimum videt eger Hylan, nec longius aciem
 Intendens aciem, varios hinc excitat æstus
 Nube mali percussus amor, quibus hæserit oris,
 Quis tales impune moras, casusve laborve
 Attulerit, densam interea descendere noctem
 Iam maiore metu, tum vero & pallor & amens
 Cum piceo sudore rigor, ceu pectora nautis
 Congelat hyberni vultus Iouis, agricolisve
 Cum coit umbra minax, comitis sic adficit error

*. i. cerber**Illeusio.
spes fusa.**hercules**leonis nemei**. i. aeris**. i. hylas*

LIB. III.

Alciden, seuque monet meminisse nouerque. *et Junonis*
 Continuo volucris ceu pectora tactus afilo *gandero*
 Emicuit calabris taurus per confraga septis
 Obuia queque ruens, tali se concitat ardens
 In iuga senta fuga. pauet omnis conscia late. *et senta calosa*
 Silua, pauent montes, luctu succensus acerbo
 Quid struat Alcides, tantaque quid apparet ira.
 Ille velut refugii quem contigit improba mauri *et africanj*
 Lancea, sanguineus vasto murmure fertur,
 Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem.
 Sic furis accensa gerens Tirynthus ora
 Fertur, & intento decurrit montibus arcu.
 Heu miserę, quibus ille fere, quibus incidit vsquam
 Immeritis per lustra viris. volat ordine nullo
 Cuncta petens, nunc ad ripas detectaque saxi
 Fragmina, nunc notas memorum procurrat ad ymbas.
 Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamatione
 Auia, responsant silue, & vaga certat imago. *et echo resonat*
 At fociis immota fides, austrisque secundis
 Certa more. nec parum Hylas, quamquam omnibus eque *Masertus*
 Grata rudimenta, herculeo sub nomine pendet. *pendet.*
 Illum omnes lachrymis, mœstisque reposcere votis,
 Incertisque metu nunc longas litore voces
 Spargere, nunc seris ostendere noctibus ignes.
 Ipse vel excessi cum densa silentia montis
 Strata, vel oblati ductor videt equora ventis,
 Stat lachrymans, magnoque viri cunctatur amore. *et herculis*
 Illius incessus, habilemque ad terga pharetram,
 Illum inter proceres, mœstisque silentia mense
 Querit inops, quondam ingenti comprehensa trahentem. *et Jason.*
 Vtua manu, & dire referentem monstra nouerque.
 Nec minus interea crudelis iapyga iuno *uenti sunt apulig*

ARGO.

Affidue mouet, & primis cum solibus offert.
 Iamq; more impatientis, cunctantes increpat ausus
 Tiphys, & oblato monet otia rumpere cursu.
 Ergo animum flexus dictis instantis Iason
 Concedit, sociosq; simul sic fatur ad omnes.
 O utinam scythicis struerem cum fanera terris,
 Vox mihi mentitas tulerit Parnassia sortes,
 Agmine de tanto socius, qui maximus armis
 Adforet, hunc Iouis imperiis fatoq; teneri
 Ante procellosum scopulis errantibus equor.
 Necdum fama viri, nec certior extitit author.
 Verum agite, & dubiis, variant qui pectora, curis
 Consulite, & motis seu vos via flatibus vrget
 Pergite, & inceptos mecum renocate labores.
 Seu plures tolerare moras, rursusq; propinquis
 Quæsiuissè iugis, precium hand leue temporis acti.
 Dixerat, & studiis iam dudum fracta iuuentus
 Orat inire vias, vnum tanto obfore coetu.
 Nec minus in sese generis, dextrasq; potentes
 Esse ferunt, tali mentem pars maxima flatu
 Erigit, & vanaglescunt præcordia lingua.
 Saltibus vt mediis tum demum lætare ducti
 Ceu a gregem, tum gestitaper, reboatq; superbis
 Cominus vrsa lupis, cum se se martia tygris
 Abstulit, aut curuo tacitus leo condidit antro.
 At pius iugenti Telamon iam fluctuat ira,
 Cum fremitu, seuisq; ferens feratur gia dictis
 Insequitur, magnoq; implorat munina questu.
 Idem orans prenatq; viros, demissaq; supplex
 Hæret ad ora ductis, nil se super Hercule Fari,
 Sed socio quocunq; gemens, quanquam aspera fama
 Iam loca, iamq; feras per barbara litora gentis,

rons est beotia ubi erat
 va culuz apollinis

Liliensis,
 que.

s. vobis libet

Liliensis,
 ferens.

Non alium contra Alciden, non pectora tanta
 Possē dari, rursū instimulat, ducitq; fauentes
 Magnanimus Calidone fatus, posterioribus ille
 Deteriora fouens. semperq; inuersa tueri
 Durus, & haud vllis vniquam superabilis equis,

Rektorūve memor. non Hercules (inquit) adempti
 Sed tuus in feros hęc nostra silentia questus

Traxit honor, dum iura dares, dum tempora fandi,

Septimus hic celsis descendit montibus auster,

Iamq; ratem scythicis forsan statuisset in oris.

Nos patrię inmemores, maneat ceu nulla reuēctos

Gaudia, sed duro scęq; sub rege mycenę. *i. sub curistheo rege*

Ad medium cunctamur iter, si finibus vllis

Has tolerare moras, & inania tempora possem,

Regna hodie, & dulcem sceptris Calidona tenerem *ciuitas est in magna rege*

Lętus opum, pacisq; mee, tutusq; manerem, *pater me rege xi.*

Quis genitor materq; locis. quid deside terra. *f. Pont.*

Hęremus? vacuos cur laxant equora visus?

Tum comitem Alciden ad phasidis amplius arua

Adfore, tu socias vltra tibi rere pharetras?

Non ea fax odiis, oblitaq; numine fesso

Iuno sui. noua tartareo fors semine monstra,

Atq; iterum Inachiis iam nuncius vrget ab Argis. *ciuitas in peloponneso*

Non datur hęc magni proles Iouis, at tibi Pollux *regnabat in ach. et*

Stirpe pares Castorq; manent, at cętera diuum *regnabit curistheq.*

Progenies, nec parua mihi fiducia gentis.

Ast ego met quocunq; voces, qua tegmina ferro

Plura metam. tibi dicta manus, tibi quidquid in ipso

Sanguine erit. iamq; hinc operum que maxima posco.

Scilicet in solis profugi stetit Hercules armis

Nostra salus. nempe oraęque mortalia cuncti

Ecce gerunt. ibunt equo nempe ordine remi.

Ille vel infano tam dudum turbidus estu,
 Vel parta iam laude tumens, consortia fame
 Despicit, ac nostris ferri comes abiit actis.
 Vos quibus & virtus, & spes in limine primo
 Tendite, dum rerum patiens calor, & rude membris
 Robur inest. nec enim solis dare funera Colchis
 Sit fatis, & tota pelagus iustrasse iuuenta.
 Spes mihi que tali potuit longissima casu
 Esse fuit, queis cumq; virum perquirere siluis
 Egrot amor, loca vociferans non vlla reliqui.
 Nunc quoque dum vario nutat sententia motu,
 Cernere deuexis redeuntem montibus opto.
 Sat lachrymis comitq; datum, quem fortibus cui
 Crede, vel in medice raptum tibi sanguine pugne.
 Talibus Oenides vrget, simul incita dictis
 Heroum manus. ante omnes Argiua iubebat
 Vincula rapti Calais. furias miratur ouantum
Acactes, multusq; viri cunctantia corda
 Fert dolor, an sese comitem tam tristibus actis
 Abneget, & celsi merens petat ardua montis.
 Non tamen & gemitus & inanes desinit iras
 Fundere. quis terris pro Iupiter inquit Acheis.
 Iste dies? scui capient que gaudia Colchi?
 Non hi tum flatus, non ista superbia dictis,
 Litore cum patrio iam vela petentibus austris
 Cunctus ad Alciden versus fauor, ipse iuuaret,
 Ipse ductis curas, meritosq; subiret honores.
 Iam ne animis? iam gente pares: atq; incluta vulgi
 Dextera: nulla fides: nulli super Hercule fletus:
 Nunc Parthaontes. nunc dux mihi Thracia proles.
 Aspera nunc pauidos contra ruit agna leones.
 Hanc ego magnanimi spoliū Didymaonis hastam,
 Que neq; iam frondes virides, neq; proferet vmbra,

meleager

meleager

Siligerat bove

thebamon

ad heculem

meleager ne
prospicit omis

Calais
et 3 et 8

LIB. III.

Vt femel est auulsa iugis, ac matre perempta
 Fida ministeria & duras obit horrida pugnas,
 Testor, & hoc omni ductor tibi numine firmo
 Sepe metu, sepe in tenui discrimine rerum
 Herculeas iam ferus opes, spretiq; vocabis *v. sero nomen pro aduert*
 Arma viri, nec nos tumida hec tum dicta iuuabunt,
 Talibus Acacides factos terroribus vrgens *v. thelamon.*
 Illachrymat, multaq; comas deformat arena.
 Fata trahunt, raptusq; virum certamine ductor *v. iason.*
 Ibat, & obtenta mulcebat lumina palla.
 Hic vero ingenti repetuntur pectora luctu,
 Vt socii federe locis, nulleq; leonis
 Exiuit, tantiq; vacant vestigia transfri.
 Flet pius Acacides, mcerent Pceantia corda. *v. philotetes qui amicus eca*
 Ingemit & dulci frater cum Castore Pollux. *v. hec culis.*
frank Omnis adhuc vocat Alciden fugiente carina,
 Omnis Hylan, medio pereuntia nomina ponto.
 Dat procul interea toto pater equore signum
 Phorcys, & immanes intorto *concha.* murice phocas *v. ibali sub marini*
degra *et ingre* *et hanc* *contrahit* *antra* *petens*, simul & Maffylus, & vna provincia est a fruce,
contrahit *antra* *petens*, simul & Maffylus, & vna provincia est a fruce,
lyctius *&* *calabris* *redit* armentarius aruus. *v. forstor*
 Illic extremi nox litore solis Iberas
 Condidit alta domos, & sidera sustulit aris.
uenit Flamina conticuere. tacet cum fratribus equor.
abed *les* Amphitryoniades nec que noua lustra requirat,
 Nec quo tentet iter, comitis nec fata perempti
 Que referat videt, aut socios qua mente reuifat.
 Vrit amor, solisq; negat decedere filius.
 Non aliter gemitu quondam lea prolis adempte
 Terga dedit, sedet inde viis, inclusaq; longo
 Peruigilant castella metu, dolor attractit vrbes *v. leon*
 Interea & misero manat iuba fordida luctu.

G. VALERII FLAGGI SETINI
BALBI ARGONAVTICON
LIBER QVARTVS.



S. quæ sumo in herculem operata fuit
Tq; ea nõ oculis diuũ pater ampli equis
Sustinuit, natiq; pios miseratus amores,
Iunonẽ ardẽti 'trepida' grauis icrepat ira.

Vt noua nũc tacito sub pectore gaudia tollunt.

Hæret inops, solisq; furit Tirynthius oris.

At comite inmemores Minyẽ facilesq; relicto

Alta tenent, sic iuno ducem fouet anxia curis

Aefonium, sic arma, viros, sociosq; minirat.

Iam quibus incertam bellis, scythicęq; pauentem

Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam.

Tum precibus, tum melachrymis & supplice dextra

Attentare veto. rerum mihi firma potestas.

I furias veneremq; moue, dabit impia pœnas

Virgo, nec Aetę gemitus patiemur inultos.

Dixit. & arcano redolentem nectare rorem,

Quem penes alta quies, liquidiq; potentia somni

Detulit, inq; vagilibauit tempora nati. *hercules*

Ille graues oculos, & Hylan resonantia semper

Ora ferens, vt nulla deum superare potestas. *somni*

Procumbit. tandem fessis pax reddita filiis,

Fluminaq; & vacuis audite montibus aure.

Ecce puer summa se tollere visus ab vrba

Frondeb; in croceis, & iniquę munere nymphę,

Stansq; super carum talis caput edere voces.

Quid pater in vanos absimis tempora questus?

Hoc nem? hæc fati mihi iã domus, improba quo me

Nympharapit scęq; monitu Iunonis in annes.

Nunc Iouis accessus etiam mihi lumina cœli

v. iupiter.

*Æliensis.
trepidam.*

*v. hercule re
hæret.*

v. medea

v. arcturum quem

v. hercules

v. hercules.

LIB. IIII.

Conciliat, iungitq; preces, & fontis honores.
 O dolor, o dulces quas gessimus ante pharetras.
 Iam socii letis rapuerunt vincula ventis.
 Hortator postquam furis, & voce nefanda,
 Impulit oenides. verum cum gente domoq; *i. melexer.*
 Ista luct, sequēq; aderunt tua numina matri.
 Surge age. & induris haud vnquam defice, ccelo
 Mox aderis, teq; astra ferent. tu semper amoris
 Sis memor, & cari comitis ne abscedat imago.
 Talibus orantem dictis, visūq; fruentem
 Ille vltro petit, & vacuis amplexibus instat, *s. hercules*
 Languentisq; mouet frustra conamina dextre.
 Corpus hebet somno, refugaq; eluditur vmbra.
 Tum lachrymis, tum voce sequit, tum rumpere questus,
 Cum sopor & vano spes mœsta resoluitur actu.
 Fluctus ab vndisoni ceu forte crepidine saxi
 Cum rapit halcyonis miserę fecitūq; laremq;. *n. p. auis.*
 It super egra parens, queriturq; tumentibus vndis,
 Certa sequi quocūq; ferant, audetq;, pauetq;,
 Ista fatiscita quis donec domus, haustaq; fluctu est.
 Illa dolens vocem dedit, & se sustulit alis.
 Haud aliter somni mœstus labor. exilit amens, *s. hercules.*
 Effusisq; genas lachrymis rigat. ibimus inquit,
 Solus & hos montes, desertaq; lustra tenebis
 Care puer, nec res vltra mirabere nostras.
 Hęc fatus, relegitq; vias, & vallibus exit,
 Incertus quid Iuno ferat, quas adparet iras.
 Nec minus & socios cernit procul equore ferri
 Pręcipites, tacitūq; pudet potuisse relinqui.
 Iamq; iter ad teucros, atq; hospita moenia troię
 Flexerat Iliaci repetens promissa tyranni, *i. lacmendonis rex*
 Cum mœsto latona sinul, Dianaq; vultu

ARGO.

Ante Iouem stetit, & supplex sic fatur Apollo.

Inquem alium Alciden, in que iam tempora differs

Caucasum rex magne senem? nullum ne malorum

Finem adeo pœnæq; dabis? te cuncta precatur

Gens hominum, atq; ipsi iam te pater optime mōtes,

Fessaq; cum filuis orant iuga. sat tibi furtum

Ignis, & çthereę defensa silentia mensę.

Dixit vbi, e scopulis media inter pabula diri

Vulturis ipse etiam gemitu, mcestaq; fatigat

Voce Iouem, seuis releuans ambusta pruinis

Lumina. congeminant annes, rupeq; fragorem

Caucasę, stupet ipse dei clamoribus ales.

Tunc etiam superas Acheronte auditus ad arces

Iapetus grauis, oranti proclamat Erinny

Respiciens celsi legem Iouis. *illegible* ^{supplex}

Fletibus, & magno Phœbi commotus honore,

Velocem roseis demittit nubibus Irim.

I Phrygas Alcides & Troiç differat arma

Nunc, ait, eripiat dire Titana volucris. *illegible*

Diua volat, desertq; viro celeranda parentis

Imperia, atq; alacrem lætis hortatibus implet.

Iam Minyę mediis clarę per sidera noctis

Fluctibus intulerant placido caua lintea cursu, *illegible*

Multaq; deserto memores super Hercule voluunt.

Thracius at summa socios e puppe sacerdos

Fata deum, & miserę solans incommoda vite,

Securum Minyis agit & medicabile carmen.

Quo simul assumpta pulsus fide luctus, & ire, *illegible*

Et labor, & dulces cedunt e pectore nati.

Interea magni iam iam subeuntibus astris

Oceanigenitale caput, Titania frenis

Antra sonant. solauricomus vergentibus Hortis

1. prometeum.
illegible

f. prometeus

f. prometes.

1. oepheus.

f. doct.

1. discedunt

LIB. III.

Multifidum iubar, & bissero fidere textam
 Loricam induitur. ligat hanc qui nubila contra
 Balteus yndantem variat mortalibus arcum.
 Inde super terras, & Eoi cornua montis
 Emicuit, traxitq; diem candentibus vndis,
 Et Mínyas viso liquerunt flamma Phœbo. *sol.*
 Proxima Bebrycii panduntur litora regni,
 Pingue solum, & duris regio non inuida tauris.
 Rex Amicus. regis fati & numine freti
 Non muris cinxere domos, non fœdera legum
 Villa colunt, placidas aut iura tenentia mentes.
 Quales Aetnæis rabidi Cyclopes in antris
 Nocte sub hiberna seruant freta, sicubi scuis
 Aduectet ratis acta notis, tibi pabula dira
 Et miseras Polypheme dapes. sic vndiq; in omnes
 Prospiciunt, cursantq; vias, qui corpora regi
 Capta trahant, ea Neptuno trux ipse parenti
 Sacrifici pro rupe iungi media equora supra
 Torquet agens, ni forma viris præstantior adsit.
 Tum legere arma iubet, sumptisq; occurrere contra
 Cestibus, hæc miseri fors est æquissima lethi.
 Huc ubi deuectam Neptunus gurgite puppem
 Sensit, & extremum nati prospexit in oras,
 Et quondam lætos domini certamine campos,
 Ingemit, & tales euoluit pectore questus.

Infelix imas quondam mihi rapta sub vndas,

Nec potius magno Melie tum mixta tonanti,

Vsq; adeo ne meam quacunq; ab origine prolem

Tristia fata manent! sic te olim pergere sensi

Iuppiter, iniuste quando mihi virginis armis. *idicant*

Concidit infelix, & nunc chaon implet Orion. *infernum.*

Nec tibi nuuc virtus, aut det fiducia nostri

passione pœnitur

*proprectant. Comparat
pro positivo.*

ARGO.

Nate animos, opibusq; vltra nec crede paternis.
 Iam iam aliq; vires, maioraq; sanguine nostro
 Vincunt fata Iouis, potior cui cura suorum est.
 Atq; ideo neq; ego hanc tumidis auertere ventis
 Tentavi, tenuive ratem, nec iam mora morti
 Hinc erit vlla tuę. reges preme dure secundos.
 Abstulit inde oculos, natumq; & tristia linquens
 Pręlia, sanguineo terras pater abluir ęstu.
 Principio fluuitos, gentemq; & litora ductor. *Miason*
 Explorare iubet, paulumq; egressus Echion
 Inuenit obscura gemitus in valle trahentem
 Clam inuenem, & cęsi merentem nomen amici.
 Ille virum vt contra venientem, vmbraaq; vidit
 Tempora *Parrhasio* patris de more galero, *v neptemj.*
 Pacifereq; manu nequicquam insignia virgę,
 Heu fuge ait certo, quicumq; es, per dıte passu,
 Dum datur. obstipuit visu Nonacria proles, *v edis phig-*
 Quid ferat admirans. postquam remeare moventem *mor Cerij.*
 Ocyus, & dictis perstantem cernit in iisdem,
 Abripit, & sociis quę sint ea promere cogit.
 Ille manum tendens, non hęc ait hospita vobis
 Terraviri. non hic vllos reuerentia ritus
 Pectora. mors habitat, sequeq; hoc litore pugne.
 Iam veniet diros Amycus qui tollere cęstus
 Imperet, & vasto qui verticē nubila pulset.
 Talis in aduectos Neptunı credita proles
 Aeternum furit, atq; ęquę virtutis egentes
 Ceu superum segnes ad iniqua altaria tauros
 Constituit, tandem vt misero lauet arma cerebro.
 Consultite, atq; fuga medium ne terminite tempus.
 Namq; isti frustra quis nam concurrere monstro
 Audeat! & quę nam talem vidisse voluptas!

S. osu piter

*ar chasig mons est
v cadie.*

Sami

Ductor ad hęc hebryx ne venis, diuersaq; regi
Corda gerens: melior vulgi nam sepe voluntas.

h. h. h. h. Hostis an externis fato delatus ab oris?

Et tua cur Amycus cęstu nondum obruit ora?

Nomen ait prædulce mihi, nomenq; secutus

Otreos vnanimi, decus ille & læta suorum *sub filio dacivii regis marci*

Gloria, nec vestros comes aspernandus in actus,

Hesionam & phrygię peteret cum gaudia muptę,

Hic Amycum contra iussis stetit, atq; ego palmas

Implicui, sed pruna procul vix dum ora leuantis *S. otreos & pentin gree*

Fulminea frontem dextra, disiectaq; fudit *S. amil gree*

Lumina, me nunquam letho dignatus & armis.

Sed lachrymis potius, luctuq; absumor inertis.

Spes tamen his fando si nuncius extitit oris, *ecclipsis de. S. uindict*

Et Mariandynum patrias penetrauit ad vrbes, *in p. prouincie*

Vnde genus fraterq; viro, sed & ille quierit

Oro, nec a vanis cladem Lycus augeat armis.

Hęc vbi non vlla iuuenes formidine moti

Accipiunt, dolet & dura sic pergere mente, *S. argonautas*

Terga sequi, properosq; iuber coniungere gressus. *S. simal. qu. uam*

Litore in extremo spelunca apparuit ingens *argonautas*

Arboribus super, & dorso contacta minanti, *a. Ca. umbr*

Non quę dona deum, non quę trahat ætheris ignem,

Infelix domus, & sonitu tremebunda profundi, *S. mox*

Vt varii pro rupe metus. hinc trunca rotatis *in laterat*

Brachia raptã viris, stricq; immortua cęstu, *cong armoz quod*

Ossaq; tetra situ, capitum incestissimus ordo. *digusting uimuz*

Respicias quibus aduerso sub vulnere nulla

Iam facies, nec nomen erat, mediã ipsius arma

Sacra metu, magniq; artis imposta parentis, *a. neptunij*

Hostitis hic primum monitus rediere Timantis,

Et pavor & monstri subit absentis imago.

ARGO.

Atq; oculos cuncti inter se tenere silentes,
 Donec sidereo Pollux interritus ore,
 Te tamen hac (quicumq; es) ait formidine faxo
 Iam tua filua ferat, modo sunt tibi sanguis & artus.
 Omnibus idem animus forti decernere pugna,
 Exoptantq; virum, contraq; occurrere possunt.
 Qualiter ignotis spumantem funditus amnem
 Pandit iter. mox omne pecus formidine pulsa
 Pone subit, iamq; & medijs preccedit ab vndis.
 At procul e siluis se se gregibusq; ferebat
 Scuus in antra gigas, quem nec sua turba tuendo
 It tanti secura metus. mortalia nusquam
Tyndaridas ipse egregio super eminet ore.

Non secus Autumno quam cū magis asperat ignes

Sirius, & sęuo cum nox accenditur auro

Luciferas crinuta faces, hebet Arcas, & ingens

Sexteris plane ra Iuppiter, ast illum tanto non gliscere cælo

medea Vellet ager, vellent calidis iam fontibus amnes.

Regina attonito quanquam pauor ore silentem

Exanimet mirata tamen, paulumq; reductis.

Passibus insolito stupuit duce, nec minus inter

Ille tot ignoti socias gregis heret in vna

Defixus, sentitq; ducem dominamq; cateruę.

Si dea si magni decus huc ades (inquit) Olympi,

Has ego credo faces, hæc virginis arma Dianę.

Teq; renodatam pharetris ac pace fruentem,

Ad sua Caucaseeę producunt flumina Nymphæ.

Si domus in terris atq; hinc tibi gentis origo,

Fœlix prole parens, olimq; beator ille



Lillensis.
cedere.

S. Jalonem

e. m. p. simualem

e. castorem et pollerem

e. a. aut.

velle est alio nomine conice

e. anthophylax vel boot
vel auris

ARGO.

Qui tulerit, longis & te sibi iunxerit annis.
 Perfer opem regina viris, nos hospita pubes
 Aduehimur Graium proceres tua recta petentes.
 Duc precor ad vestri (quicumq; est) ora tyranni,
 Aut tu prima doce fandi tempusq; modumq;
 Nam mihi sollicito deus, ignaroq; locorum
 Te dedit, in te animos atque omnia nostra repono.
 Dixit, & opperiens trepidam stetit, illa parumper
 Virgineo cunctata metu sic orsa vicissim.

Quem petis Aceten genitor meus, ipsaq; iuxta
 Moenia, si veros possis discernere calles.
 Hac adeo duce ferte gradus, ingentia nanq;
 Castra alios aditus, atq; impius obsidet hostis.

Dixerat haec, patriumq; viam detorquet ad amnem,
 Sacraq; terrificae supplex mouet irrita noctis.
 Ille autem inceptum famula duce protinus vrget
 Aere septus iter, patitur nec regia cerni
 Iuno virum, prior Aeetae ne nuncius adsit.

Iamq; inerat populo, mediaeq; incognitus vrbi,
 Cum comes Orsa loqui. Phæbi genitoris ad aras
 Ventum ait, huc adytis iam se de more paternis
 Rex feret, hic proceres audit, populosq; precantes
 Adloquiis facilis praesens pater admouet æquis.

Dixerat, ast illi propere monstrata capeffunt
 Limina, non aliter quam si radiantis adirent
 Ora dei, verasq; æterni luminis arces.
 Tale iubar per tecta micat, stat ferreus Atlas, *monstrat manu*
 Oceani genibusq; tumens infrangitur vnda. *ut tunc.*
 At medii per terga senis, rapit ipse nitentes. *s. sol.*
 Altus equos, curuoq; diem subtexit Olympo.
 Pone rota breuiore soror, densaq; sequuntur
 Pliades, & madidis rorantes crinibus ignes. *u. stellae.*

u. nephibe.
u. eury. capel
lk.



u. atlantis.

s. atlantis.

u. luna.

Nec minus hic varia letatus imagine templi
 Ad geminas fert ora fores, curiabula gentis
 Colchidos hic, ortusq; tuens, vt prima Sefostris *rex fuit accipiti fortissim^o*
 Intulerit rex bella Gethis, vt clade suorum *opponarunt totam cast^{am}*
 Territus, hos Thebas ^{ad nilem} patriumq; reducat ad annem, *agud reves Colchoz. dicitur*
 Phasidis hos imponat agris, Colchosq; vocari *originem.*
 Imperet. Arfinoen illi tepidq; requirunt *Arfinoe est accipiti apud nilem*
 Ocia laeta Phari, pinguemq; sine imbribus annem, *annem.*
 Et iam Sarmaticis permutant carbasa braccis. *proximita est accipiti*
 Barbarus in patriis sectatur montibus Aeam *qua contigit. dicitur*
 Phasis amore furens, pauidas facit illa Pharetras *Pharaones.*
 Virgineo turbata metu, discursibus & iam *nimpha fuit. que amata*
 Deficit, ac volucris victam deus alligat vnda. *a Scurio phaside. et post*
 Fiebant populee iuuenem Phaethonta sorores. *conuersa est in inferias*
 Ater & Eridant trepidum Globus ibat in annem. *codem Scurio.*
 At iuga vix Tethys, sparsumq; recolligit axem,
 Et formidantem patrios Pyroenta dolores. *quis fuit Polis.*
 Aurea quin etiam praesaga Mulciber arte *vultusq;.*
 Vellera, venturosq; olim caelarat Achiuos,
 Textitur Argoa pinus Pagasae securi.
 Iamq; eadem remos eadem dea flectit habenas.
 Ipsa subit, nudaq; vocat dux agmina dextra.
 Exoritur Notus, & 'torto' ratis vna profundo
 Gernitur. Odrysis gaudebant carmine Phocae. *Sabelle.
toto.
v. vituli marini*
 Apparent trepidi iam Phasidis hostia Colchi,
 Clamantemq; procul linquens regina parentem. *v. Medea.*
 Vrbs erat hic contra geminu circumflua ponto, *v. marie ego. et mari id*
 Ludus vbi extabat, sedq; in nocte iugales,
 Regaliq; thoro lectus gener, ille ^{medeam} *v. Jason.*
 Deserit. vltices spectant a culmine dirae.
 Deficit in thalamis, turbataq; pellice coniux. *v. medea.*
 Pallam, & gemmiferę donum exitiale coronę
v. loeam.

ARGO.

Adparat, ante omnes secum dequeſta labores,
 Munere quo patrias pellex ornatur ad aras.
 Infœlix etiam rutilis correpta venenis
 Implicat igne domus. hæc tum miracula Colchis
 Struxerat ignipotens non dum noſcentibus illa,
 Quis labor, aligeris aut quæ fecet angibus auras
 Cede madens, odere tamen, viſuſq; reflectunt.
 Quin idem Minyas operum defixerat error,
 Cum se Sole ſatus patriis penetralibus edit.
 Filius hunc iuxta primis Absyrtus in annis
 Dignus auro, quemq; infontem meliora manerent.
 Tum gener Albanis Styruſ qui aduenerat oris.
 Diſtulerant, ſed 'bellator tum' Phrontis & Arguſ
Acolide, fraterq; Melaſ, quos aduena Phryxus
 Progeniuit, pariterq; leui Cytiſorus in haſta
 Poſt alii, quos præcipuo Titania telluſ. colchid.
 Legit honore patriſ motiq; ad prælia regis.
 Admonet hic focioſ, nebulamq; erumpit Iafon,
 Sideris ora ferens. noua lux effuſa Cyteis.
 Conueniunt, rogitantq; viroſ, rogitantq; quid auſi,
 Quid ve ferant. poſtquam primis inhiantia dictis
 Agmina, ſuppreſſumq; videt iam murmur Iafon
 Talia miranti propius tulit orſa tyranno.
 Rex Hyperionide, quem per freta tanta petundum
 Cœlicolæ, & prima dignum ſtatuerè carina,
 Si quando hic aliquam noſtro ſatus orbe ſolebat
 Theſſaliam, ſi quos Phryxus memorare Pelaſgoſ,
 Hi tibi tot caſuſ horrenda tot auſa menſi
 Cernimur. ipſe ego met proprio de ſanguine Phryxi
 Nanq; idem Cretheuſ ambobuſ & Acoluſ author
 Cum Ioue Neptunoq; & cum Salmonide Nympha
 Me neq; nunc enſeſ arq; egere paternq;

2. Splendidif.

1. Vulcani.

*Medea interfecit oves
 filioſ Iafoniſ. quos
 ipſa peperit præter
 unum. Cui erat no
 mine Iſeſaliuſ.*

*lit. fuit uelhe rexif.
 ſane formoſiſſim
 poſtea infer
 fuit abſa. ſed bella ex
 toit.*

*colchidicis abro
 uinitia ſalubra.*

*re. vocabatur ti
 as. filia Salmonici.*

- Nec tu Theſſalicis quanquam inclyta nomina terris
 Sponte ſequor. cui non iuſſo tot adire voluptas
 Monſtra maris? cui Cyaneos intrare fragores?
 Scepra tui toto Pelias ſub nomine Phœbi
 Maxima ab hoſte tenens, totq; illachrymâtia diuos
 Oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu,
 Ille meum imperiis vrget caput, ille labores
 Dat varios, ſuus vt magnum rex ſpargit ab Argis.
 Alciden Stheleno ipſe ſatus. tamen aſpera regum
 Perpetimur iuga, nec melior parere reuſo.
 Hic ſibi me auratæ pecudis queſcumq; periclis
 Exuias perferre iubet, tibi gratia noſtri
 Sit precor hæc, meritiq; locus, quod iuſſa recepi,
 Teq; alium quanquam Pelias ſperatq; cupitq;
 Promiſi, & meliora tuę mihi fœdera dextre.
 Si petere hoc ſæui ſtatuiffem ſanguine belli,
 Oſſa dabat, Pindusq; rates. quodq; ante ſecuti
 Inde nec audacem Bacchum nec Perſea reges.
 Sed mea nuda fides, ſanctiq; potentia iuſti.
 Huc tulit, ac mediæ ſociatrix gratia Phryxi,
 Iamq; tibi noſtra geniti de ſtirpe nepotes.
 Nec tamen aut Phrygios reges, aut arua furentis
 Bebrycię ſpernendus adi. ſeu fraude petiuit,
 Seu quis honore meos ſua reddita dona, deumq;
 Nos genus, atq; ratem magnę ſenſere Mineruę.
 Vix tandem longis quæſitam Colchida votis
 Contigimus, qualemq; dabat te fama videmus.
 Tu modo ne claros Minyis inuideris actus.
 Non aliena peto, terris ve indebita noſtris.
 Siquis & in precibus vero locus, atq; ea Phryxo
 Crede dari, Phryxum ad patrios ea ferre penates
 Munera, tu contra victum mihi vecta per æquor

Sabellie.
lumine.

v. erriſtthog.

Lillienſis.
quotq;

*Pindus
montes the
et ut dicitur
ced omne. qd
Junia
ſalie.*

v. iuſti.

v. veritati.

ARGO.

et laconici.S. freniset tuo imperio ^{Ellensis.}
habenis.
S. Jasonem.oe diat poeta noster.
et iarex acethas: Sole
et ante adventu
brexi. sacrificare o
mes in expna sua
eterna tecta non
ntes homines.

Accipe Tenare Chlamydem de sanguine aheni,
 Fraenaq; & accinctum gemmis fulgentibus ensen.
 Hoc patrium decus, haec materni texta labores.

His Lapithes adfuerat eques, da iungere dona.
 Da Scythicas sociare domos. sciat effera regis
 Ira mei, quem te horrifero fortitus in axe
 Caucalus, atq; ^{monstris} tuis quantum mitescat 'arenis'.

Talibus orantem vultu grauis ille minaci S. acethas.
 Iam dudum fremit, & furis ignescit opertis.
 Ceu tumet, atq; imo sub gurgite concipit austros
 Vnda silens, trahit ex alto sic barbarus iras. S. acethas
 Etnunc ausa viri, nunc heu sua prodita Graiis
 Regna fremit, quin & facili sibi mente receptum
 Iam Phryxum dolet, & Scythiae periisse timores.

Nunc quassat caput, & iuuenis spes ridet inanis.
 Quid velatus ^{Jason} agat, quod vellera poscat ab angue.
 Vrit & antiquae ^{paletis am.} incimorem vox praescia fortis, et ora carit.
 Cur simul aut Persen illinc sibi mouerit, aut hinc
 Thessalicam fortuna ratem, num debitus ista
 Finis agat, saeva; petant iam vellera parcae.
 Interea quoniam belli pugna; propinque
 Cura prior, fingit placidis fera pectora dictis,

Reddit & haec. cupere haud alio vos tempore tectis
 Aduenisse meis, quo me grauis obsidet hostis.
 Frater enim (sceptri sic omnibus vna cupido)
 Excidium parat, & castris me ingentibus vrget.
 Quare age cognatas primum defendite sedes,
 Nec decus oblatis dimiseris aduena belli.
 Namq; virum trahit ipse Chalybs, tum vellera victor
 Tum meritis nec sola dabo, contra inscius astus
 Ergo nec hic nostris deerat labor arduus actis
 Excipit Aesonides, & ceu nihil aequore passis

LIB.V.

Additus iste dies, veniant super hæc quoque fato
 Bella meo. non hunc parua mihi cede dolorem,
 Quasq; dedit luet ille moras. tum Castora mittit,
 Qui ferat Aeci fociis responsa tyranni.
 Acribus ast illos curis mora seua trahebat.
 Ac simul vt medio viderunt Castora campo,
 Crebrior incussit mentem pauor. o Iouis alma
 Progenies fare an patriam spes vlla videndi,
 Fare (omnes) ille in mediis sic orsus Achiuis.

Nec ferus Aetes (vt fama) nec aurea nobis
 Terga negat, bello interea sed pressus iniquo
 Auxilium petit. armatos dux protinus omnes
 Accelerare iubet, longo nam tuta recessu
 Puppis, & apposita fluiuis defenditur vrbe.
 Haud mora prosiliunt, quos nec Rhiphæa iuuentus,
 Quos nec Iber, aut tuta suis aurora pharetris
 Sustineat, stetit explicito prius agmine pubes,
 Expertiq; simul si tela artusq; sequantur.
 Nec quisquam freta, nec patrias iam respicit vrbes,
 Sed magis ad præsens itur decus. incita cristas
 Aura quatit, variis floret via discolor armis.
 Qualis ab oceano nitidum chorus æthera versat,
 Qualibus adsurgens nox aurea cingitur astris.
 Illos sole satis tacita mœstissimus ira
 Miratur temere adsumptos, nec talia mallet
 Robora, quam medios hostem subiisse penates.

Interea læto patitur conuiuia cultu,
 Et iuxta Aesoniden magno cratere lacescit,
 Nunc sibi monstrantem natos Iouis, oraq; iuxta
 Aeacidum, nunc ingentis Calydonis alumnios.
 Audit & Alciden infando errore relictum,
 Defectosq; duces, terræq; marisq; labores.



ARGO.

Ipse autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aesonides, & amicos ordine reges.
Quis procul ille virum nobis, quem balteus asper
Subligat, & stricto stat proximus armiger arcu,
Ceu pugnam parat, & positas confundere meas.
Contra flammigeri proles Perseia solis.
Quem rogitas Carneius ait, mos cominus arma
Semper habere viro, semper meminisse pharetræ,
Quid Latagum? quid si amnigenâ mirere Choassere
Bellatoris equi potantem cerne cruores.
Nec tamen inmissis hic segnior ibit habenis.
Illum ait Aesonides pariter refer, horrida signis
Cui chlamys, & multa spirat coma flexilis aura.
Respicit Aectes, atq; hunc quoq; nomine reddit
Dives Aron, croceos sic illius omnis odores
Iactat eques, vinctis sic est coma culta manipulis.
Campestris hic spolis in Tigridis, ille profundo
Incumbens Odrussa mero. vide lata comantem
Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.
Hic & Iaxarten dictis stupet hospes acerbis. *v. Jason*
Immodicum linguaq; grauem, cui nulla minanti
Non superum, non presentis reuerentia belli.
Contra autem Aectes, non frustra magna superbo
Dicta volant ait, & vocem paria arma sequuntur.
Nec requies quin Marte diem noctemq; fatiget.
Atq; vbi Rhiphæa supererunt flumina bruma
Iam pauidi cum prole Gethæ, iam peruigil illum
Medus, & oppositis expectat Iberia claustris.
Hos autem quæcunq; manus sua signa sequantur. *v. v. etiam.*
Si memorem, prius humentem lux soluerit umbram
Cras acies atq; illa ducum, cras regna videbis
Diffoxa, saxiferæ surgat quibus imber habene.

Illicensis.
viden alta.

in bello.

v. medi

v. p. m. d. e.

Quę iaculo gens apta leui, quę picta pharetris
Venerit, ingentes animo iam prospice campos.

Atq; hanc alipedi pulsantem corpora curru

Euryalen, quibus exultet Mauortia turmis,

Et quantum elata valeat peltata securi, *r. Pentata.*

Cara mihi, & veras inter non vltima natas.

Fatur, & occiduo libat cratera parenti. *r. Poli.*

Quisq; suis tum vota deis, & pocula fundit,

Dent acies, dent belligeros superare labores.

Ecce autem Gethicis veniens Gradius ab antris,

Ingentemq; trahens Arctoa per equora nubem,

Aspicit Aeęa Minyas stupefactus in vrbe,

Ambitumq; senem, promissaq; vellera puppi

Thesalicę. citus ad summi stellantia patris

Tecta ruit, questuq; Iouem testatur acerbo.

Quę studiis rex magne quies? iam mutua vidi

Exitia, in solos hominum molimur honores.

Teq; ea cuncta iuuant, rabidam qui Pallada cęlo

Non abigis, neq; scemineis ius obiticiis ausis.

Non queror, extracta quod vexerit ipsa carina

Vellera sacra meis sperantem auertere lucis, *S. Iosonem.*

Quodq; palam tutata viros, sic cętera pergat

Si valet, insidits quid nunc fallacibus ambit,

Nostra vt Phryxęo spolientur templa metallo?

Non opus auxilio Colchis, nec foedere vestro,

Et Persen simul, & Minyas deposcimus hostes.

Quin age quid tantę coeunt in prelia gentes?

Quid tuus Aefonides? imus nos protinus imus

In nemus auriferum, & sumptis decernimus armis.

Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris

Labere. quantus ibi deus experire, nec illas

Adstiteris impune trabes. an Martia templa

Intemeranda minus? tantus mihi luctus & angor,
 Quod rudis, & sola colimur si gentibus umbra,
 Est amor & rerum cunctis tutela suarum.
 Et tibi magne pater terris donaria certant.
 Est honor his etiam suis. ast ego cara Mycenis
 Culmina, virgineas præder si Cecropis arces,
 Iam conflux, iam te gemitu lachrymisq; tenebit
 Nata querens. metuant ergo, nec talia possint.
 Non tulit hæc animis, quin longa silentia Pallas
 Rumperet irridens strepitumq; minasq; Gradii.
 Non tibi Aloide, quib? hæc fera murmura iactes.
 Non Lapithe, sed Pallas ait. neq; ego Aegide digna,
 Nec vocer ulterius proles Iouis, excidat iste
 Ni tibi corde tumor, lituos miser armaq; saxo
 Oderis, & primis adimam tua nomina bellis.
 Quin simili matrem demens grauitate sequitur,
 Digna quidem, monstrum superis que tale creauit.
 Quod tamè aggressè scelus? aut quo crimine fontes?
 Si iuuenem, qui iussâ sui tam dira tyranni
 Impaudus, maria & nondum qui nota subibat,
 Iuuimus, & magnis aliquam spem mouimus ausis,
 An nullas præferre preces, nec fœdera reges?
 Villa sequi, cæca sed cuncta impellere pugna
 Debuimus? sic thraces aguit, sic turbidus iste
 Si qua petit. cuperem hæc etiam num bella remitti,
 Nec focias armare manus. da vellera rector,
 Et medio nos cerne mari. quod sin ea Maiors
 Abneget, & solus nostris sudoribus obstat,
 Ibimus indecores, frustra; tot equora vecte.
 Fas aliquem nequeat? sic foemina cœperat arderis.
 Hic iterum alternis Maiors insurgere dictis.
 Excipit hinc contra pater, & sic voce coerchet.

Eilensis.
 regis.

Quid velate fremis: cum vos iam pœnitet acti,
 Peccatumq; fati, tunc ad mea iura venitis.
 Quolibet ista modo, quacunq; impellite pugna
 Quæ cepistis, habent quoniam sua fata furores.
 Te tamen hoc coniux, & te mea nata monebo.
 Sit Perseu pepulisse satis, nec vana retinet
 Spes Minyas, finem ve velint imponere bello.
 Illum etenim talis rerum manet. accipite ergo,
 Victa retro nunc castra dabit, bellumq; remittet
 Territus aduentu ducis, & virtute Pelasgi.
 Mox ubi Thessalicis referent hos flamina terris,
 Tunc aderit, victorq; domos & scepra tenebit,
 Donec & Aecten inopis post longa senectæ
 Exilia (heu magnis quantum licet impia fati)
 Nata iuuet, Graiusq; nepos in regna reponat.
 Hic labor amborum, hæc sunt discrimina fratrum.
 Vadite, & aduersis (vt quis volet) irruat armis.
 Dixerat. instaurat mensas, pacemq; reducit.
 Et iam sideream noctem dimittit Olympo.
 Tunc adfuetus adest Phlegre qui reddere pugnas,
 Musarum chorus, & cithara pulsator Apollo.
 Fertq; grauem Phrygius circum cratera minister.
 Surgitur in somnos, seq; ad sua limina flectunt.

FINIS.

G. VALERII FLACCI SE-

TINI BALBI ARGO-

NAVTICON LI-

BER SEX-

TVS.



T vigil his furiis ardet Gradus, & acris
 Corde tumet, nec quas acies qua ca-
 stra sequatur
 Inuenit. ire placet tandem, praesensq;
 videri,

Sternere si Minyas, magnoq; rependere Iustus
 Regis pacta queat, Graiamq; absumere puppem.
 Impulit hinc currus monstrum irremocabile belli
 Concutiens, Scythiq; super tentoria sistit.
 Protinus e castris fugit sopor, excita tela.
 Turbati coiere duces. hos insuper ingens
 Fama monet, rate que sacra vulgabat Achivos
 Aduenisse sui repetentes vellera Phryxi.
 Quos malus hospitio, iunctaq; ad foedera dextra
 Luserit Aectes, atq; in sua traxerit arma.
 Ergo consiliis dum nox vacat alta mouendis,
 Legatos placet ire duces, mandataq; Perfes
 Edocet affari Minyas, fraudemq; tyranni
 Ut moneant, qui nam hinc animos auerterit error.
 Se primum Aemonis hortatum ea vellera terris
 Reddere, & exuias pecudis dimittere sacre.
 Hinc odium, & tanti venisse exordia belli.
 Quin potius dextramq; suam, suaq; arma sequatur,
 Aut remeent, neq; enim Aeete promissa fidemq;
 Esse loco, abstineant alienae sanguine pugne.
 Non illos ideo tantos venisse labores
 Per maris ignoti. quid opus concurrere nec quos
 Oderis? hec medio Perfes dum tempore mandat,
 Aureus effulsit campis rubor, armaq;, & acres
 Sponte sua strepuere tube. Mars seius ab altis
 Hostis io conclamat equis, agite, ite, propinquat.
 Ac simul hinc Colchos, hinc fudit in equora Persen.

Tunc, & quæq; suis commisit prælia terris,
 Voxq; dei pariter pugnas audita per omnis.
 Hinc age Rhipheo quos videris orbe furores
 Musa mone, quanto Scythiam molimine Perse
 Conclerit, queis frætus equis per bella virtusq;
 Verū ego nec numero memorē, nec nomine cunctos
 Mille vel ora mouens, nec enim plaga gentibus vlla
 Ditiōr, æterno quanquam Mæotia pubes
 Marte cadat, pingui nunquam tamen vberē defit,
 Quod geminas Arctos, magnūq; qđ impleat anguē.
 Ergo duces, solasq; dec; mihi promite gentes.

Miserat ardentē (noxi ipse secutus) Alanos,
 Heniochosq; trices iampridem infensus Anaulis,
 Pacta quod Albano coniux Medea tyranno,
 Nescius heu quanti thalamos ascendere monstri
 Arserit, atq; vrbes maneat qui terror Achæas.
 Grator ipse deis, orbaq; beatior aula.
 Proxima Bisaltes regio ductorq; Colaxes
 Sanguis & ipse deum, Scythicis quem Iuppiter oris
 Progeniuit viridem Miracem Tibisenaq; iuxta
 Hostia semifero (dignum si credere) captus
 Corpore, nec Nymphæ geminos exhorruit angues.
 Cuncta phalanx insigne Iouis, cælataq; gestat
 Tegmina, dispersos trifidis ardoribus ignes.
 Nec primus ractos miles Romane corusci
 Fulminis, & rutilas scutis diffuderis alas.
 Insuper auratos collegerat ipse dracones.
 Matris Ore specimen, linguis aduersus vterq;
 Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemine.
 Tertius vnanimis veniens cum milibus Anchus
 Cimmerias ostentat opes, cui candidus olim
 Crinis inest, natale decus, dat longior ætas

ARGO. III

Iam spaciū triplici percurrens tempora nodos
 Demittit sacro geminas a vertice vittas.
 Datin Achemenię grauior de vulnere pugne
 Misit in arma Darabs, acies quem Martia circum
 Gangaridum potaq; Gerus quos efferat vnda,
 Quicq; lacum cinxere Bycen. non desuit Anxur,
 Non Radalo cum fratre Sydon, Cestinaq; leuo
 Omne fatidicę Phryxus mouet agmina ceruę.
 Ipsa comes setis fulgens & cornibus aureis
 Ante aciem celsi vehitur gestamine conti.
 Mœsta necis seuę luco reditura Diane.
 Mouit & Hylea supplex cum gente Syenem
 Impia germani p̄tentans vulnere Perfes.
 Denfior hand vsquam nec celsior extulit villas
 Silua trabes, fessęq; prius rediere sagitte,
 Arboris ad summum quam peruenere cacumen.
 Quin & ab Hyrcanis Titanus expulit antris
 Cyris in arma viros, plaustrisq; ad p̄lia cunctas
 Cœaleę traxere manus. ibi futiles illis
 Et domus & crudo residens sub vellere coniux,
 Et puer e primo torquens temone cateias
 Linquitur abruptus pelago Tyra. Inquitur & mons
 Ambemus, & gelidis pollens Ophiusa venenis.
 Degeneresq; ruunt Sindi, glomerantq; paterno
 Crimine nunc etiam metuentes verbera turmas.
 Hos super erectam Phalces agit equore nubem
 Cum fremitu, densiq; leuant vexilla Corallif,
 Barbaricę queis signa rote, ferrataq; dorso
 Forma suum, trunccq; Iouis simulacra colunt.
 P̄lia nec rauco curant incendere cornu,
 Indigenas sed rite duces, & prisca suorum
 Facta canunt, veterumq; virtis hortamina laudes.

1. parthie

2. albanie

divinantis

3. pelib

Sunt

gentes sunt

civitas st

4. multitudine

...
 ...
 ...
 ...
 ...

Ast vbi Sindonicas inter pedes equat habenas,
 Illinc iuratos in se trahit Aea Batarnas,
 Quos duce Teutagono crudi mora corticis arinat,
 Aequaq; nec ferro breuior nec romphea ligno.
 Nec procul albentes gemina fert aclyde parmas,
 Hiberni qui terga Noae, gelidumq; securi
 Eruit, & tota non audit Alazona ripa.
 Quosq; Taras, niueumq; ferax Euarchus olorum.
 Te quoq; venturis ingens Ariafinene seclis.
 Tradiderim, molem belli lateq; ferentem
 Vndiq; falcatos deserta per equora currus.
 Insequitur Drangea phalanx, claustrisq; profusi
 Caspiade, queis turba canum non segnus acres
 Exiit ad lituos, pugnasq; capessit heriles.
 Inde etiam par mortis honos, tumultisq; recepti
 Inter auos positusq; virum. nam pectora ferro
 Terribilesq; innexa iugas ruit agmine nigro
 Latratuq; cohors. quanto sonat horrida ditis
 Ianua, vel superas Hecates comitatus in aulas.
 Ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis
 Vanus, eum Scythie iam tertia viderat estas
 Magnanimos Minyas, Argoaq; vela canentem.
 Illius & dites monitis spondentibus Indi,
 Et centum gemine Lagi naualia Thebes,
 Totaq; Rhipheo Panchaia rapta triumpho.
 Discolor hastatas effudit Iberia turmas,
 Quas Sotaces, quas Latris agunt, & raptor amorum
 Neurus, & expertes canentis laziges cui.
 Nanq; vbi iam viresq; alie, notusq; refutat
 'Argus' & inceptus iam lancea tenit heriles,
 Magnanimis mos 'dictus' auis, haud segniam mortis
 Iura pati, dextra sed care occumbere prolis.

populi sunt /
marie

n. propinq; dicit

flum; est

flum; est alago
vix ca chol cos

provincia est
fame

phlo; n;

n. propinq; est
prophete

ci'vitas est ep;

n. fetentio nali

n. propia sunt

Sabellio.
angor.
Litenis.
arcus.
Sabellio.
ductus.

ARGO.

Ense dato, rumpuntq; moras natusq; parensq;
 Ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.
 Hic & odoratus spiranti crine Michael.
 Cessatq; manus, & qui tua iugera nondum
 Eruis ignotis infons Arimaspe metallis.
 Doctus & Anchaces patulo vincta Cyro
 Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.
 Non ego sanguineis gestantem tympana bellis
 Thyrsagetem, cinctumq; vagis post terga filebo
 Pellibus, & nexas viridantem floribus hastas.
 Fama ducem Iouis, & Cadmi de sanguine Bacchum
 Hac quoq; thuriferos scelicia regna Sabæos,
 Hac Arabas fudisse manus, mox rumperet Hebræi
 Cum vada Thyrsagetæ gelida liquisse sub Arcto.
 Illis omnis adhuc veterum tenor, & sacer eris
 Pulsus, & Eoq; memoratrix tibi pugne.
 Iungit opes Emoda suas, sua signa secuti
 Iaxamate Toriniqu; & flaut crine Satharche.
 Mellis honos Torinis, ditant sua mulctra Satharchen
 Iaxamatas venatus alit, nec clarior vllis
 Arctos equis, abeunt Hypanim, fragilemq; per undâ
 Tigridis, aut scæ profugi cum prole Leçen;
 Mcestaq; suspecte mater stupet aggere ripe.
 Impulit & dubios Phryxçi velleris ardor
 Centoras, & diros magico terrore Choatras.
 Omnibus in superos scæus honor. omnibus artes
 Monstrificæ, nunc vere nouo compescere frondes,
 Nunc subitam trepidis Mçotim soluere plaustris.
 Maximus hos inter Stygia venit arte Coastes.
 Solicitat nec Martis amor, sed fama Cyteæ
 Virgînis, & paribus spirans Medea venenis.
 Gaudet Auerna palus, gaudet iam nocte quieta

populi sunt abire
 de parte scelerati
 onales

Masertio.
 gero.

neferentz astas
 nexas floribus
 vidibz

for sam manu

populi sunt comar
 sic.

repro sceleratio
 natis

i. leona

i. deos

medee

provincia
 Arabi
 Phrygiæ
 Thracie

Satharchen

populi sunt
 circa palm
 in

mixim
 homo in
 inestipie

Portitor, & toto veniens Latonia coelo.

Ibant & geminis equantes cornibus alas

Ballonoti, comitumq; celer mutator equorum

Mesus, & ingentis frenator Sarmata conti

Nec tot ab extremo fluctus agit equore, nec sic

Fratribus aduersa Boreas respondet ab vnda,

Auctus apud fluuios volucrum sonus, ethera quatus

Tum lituum concentus adit, lymphataq; miscet

Millia, quot foliis, quot floribus incipit annus.

Ipsae rotis gemit intus ager, tremebundaq; pulsu

Nutat humus, quatit vt suo cum fulmine Phlegram

Iuppiter, atq; inis Typhona reuerberat aruis.

Prima tenent illinc patris Absyrtus in armis,

Et gener, ingentesq; inter sua millia reges.

At circa Aesoniden Danaum manus, ipsaq; Pallas

Aegide terrifica, quam nec dea lassat habendo,

Nec pater horrentem colubris, vultuq; tremendam

Gorgoneo, nec semineces ostendere crines

Tempus adhuc, primasq; sinit concurrere pugnas.

Impulit hos contra Mauors pater, & mala lethi

Gaudia, Tiphoneq; caput per nubila tollens

Ad sonitus litui, mediaq; altissima pugna,

Nec dum clara quibus sese Fuga mentibus addat.

Illi vbi confertis inmixere frementia telis

Agmina, viresq; virum galeis adstaut adactis,

Continuo hinc obitus, perfractaq; cedibus arma

Corporaq; alternis cruor alterneq; ruine.

Voluit ager galeas, & thorax erigit imbres

Sanguineos, hinc barbarici glomerantur ouatus,

Hinc gemitus, mixteq; virum cum puluere vite.

Caspus Aecum correpto crine Monefen

Abstulit, hinc pariter Colchi Graiicq; sequuntur

Sabellio
canthi.

1. ornamenta

1. lituoy

1. gurgentes qm
habent in illo

1. aede

1. meduse

1. mors

1. denis

1. cor

1. nepo
1. nati
1. taf

1. in pro
1. pug

ARGO.

Missilibus rapit ille necem, prædamq; relinquit,
 Nec sociis iam cura viri. Diplanta Carefus,
 Strymonaq; obscura spargentem vulnera funda
 Deicit, Albani caditis Cremedonidis hasta,
 Iamq; latet, currusq; super turmeq; feruntur.
 Processere Melas & Idasimeneus, incipit hasta
 Ante Melas, leuis ast abies elusit vtrunq;
 Ensis inde ruunt, prior occupat cre citato
 Cassidis ima Melas, infracta est vulnere ceruix.
 Mixta perit virtus, nescit cui debeat Ocheus,
 Aut cui fata Tyres, dum sibila respicit Iron
 Cuspidis Argiue, Pylam latere accipit hastam.
 Viderat Hyrcanos paribus discurrere fratres
 Castor equis, pater armento quos diues ab omni
 Nutrierat, fatisq; viam monstrarat iniquis
 Tum magis atq; magis peditem candore notato
 Tyndariden incendit amor. simul obuius hastam
 Pectus in aduersum subito iacit, alipedemq;
 Constatit excusso victor duce. risit ab alta
 Nube pater, prensisq; equitem cognouit habenis.
 At pariter luctuq; furens visusq; Medontes
 Tyndariden petit, & superos sic voce precatur.
 Hunc age vel cæso comitem me reddite fratri.
 Primus & hic nostra sonipes cadat impius hasta,
 Credita qui misero non rettulit arma parenti,
 Meq; venit contra, captiuq; terga ministrat.
 Dixerat. Atq; sed eum prior hasta parentis
 Deicit, ad socias sonipes citus effugit alas.
 Quis tibi fatales vnquam metuisset Amyclas
 Oebalianq; manum tot Rhyndace montibus inter
 Dissiso, totidemq; fretis, cadit impiger vna
 Inguine transsoffo clari Taulantis alumnus.

nomez fluminis
 est Thracie

asta ex abiete
 facta

agno furem oei

impiter.

v. castores

bntz

Castoris qm
 nepos erat abas
 hie

Semidea genitrice Tages, cui plurima filius
 Peruigilat materna foror, cultusq; laborat. *plurime forores*
 Tenuia non illum candentis carbasa 'Nili', *v. egypti* *Maseri.*
 Non auro depicta chlamys, non flaua galeri *villi.*
 Cæsaries, pictoq; iuuant sub tegmine braccæ. *Liliensis.*
 Iamq; nouus medicæ stupefacta per agmina pugna
 Vadit eques, densa spargens hastilia dextra,
 Fulmineumq; viris profundens ingerit enseni
 Hunc alternus & hunc, cum scûior ecce iuuentus
 Sarmaticæ coiere manus, fremitusq; virorum
 Semiferi, riget his molli lorica catena.
 Id quoq; tegmen aut. at equi porrecta per armos
 Et caput, ingentem campis hostilibus umbran
 Fert abies obnixâ genu, vaditq; virum vi,
 Vadit equum docilis relegi docilisq; relinqui,
 Atq; iterum medios non altior ire per hostes.
 Orbibus hos rapidis, molliq; per equora Castor
 Anfractu leuoris equi deludit anhelos,
 Immemoresq; mori, sed non iisdem artibus eque
 Concurrunt, vltroq; ruunt in funera Colchi.
 Campefus impacta latus inter & ilia quercu
 Tollitur, ac mediam moriens descendit in hastam.
 Oebasus infestum summisso poplite Phalcen
 Euasisse ratus, leuun per luminis orbem
 Transigitur, teneræ liquuntur vulnere maie.
 Contra autem geminis fidens thoracibus, ictum
 Sustulit, & gladio Sibotes ferit vltima teli
 Nequicquam, iam cuspis inest, nec fragmina curat
 Ambenus, & trunco medium subit Otreâ ligno.
 Seminecem Taxes Hypanim vehit, atq; remissum
 Pone trahit fugiens, & cursibus exiit hastam.
 Dumq; relectam rursus locat, irruit vltro,

ARGO. III

Turbatumq; Lacon, & adhuc inuadit inermem,
 Impulit aduerso præceps equus Ochea conto
 Nequicquam totis reuocantem viribus armos.
 In latus accedit sonipes, accedit & ipse
 Frigidus, arma cadunt, rotat procul vltima cuspis.
 Qualem populeæ fidentem nexibus vmbre,
 Siquis anem summi deducat ab aere rami,
 Ante manu tacita, cui plurima crescit harundo,
 Illa dolis viscoq; super correpta sequaci
 Implorat ramos, atq; irrita concitat alas.
 Parte alia infestis (nam fors adauxit) in armis
 Styrys adest, lætusq; virum cognoscit Anausin.
 Et prior, en cuius thalamis Aectia virgo
 Dicta manet, nostrosq; feret qui victor amores,
 Non ait, inuictosq; gener mutabere patri.
 Tum simul aduersas collatis cursibus hastas
 Conficiunt, fugit adductis Albanus habentis
 Saucius, atq; datum letho non sperat Anausin,
 Nec videt, ille autem telo moribundus adacto,

Sabellio?
 arte.

Ad foceros pacteq; sinus en coniugis inquit
 Styre fugis vulnus referens, quod carmine nullo
 Sustineat, nullisq; leuet Medea venenis.
 Dixerat, extremus cum lumina corripit horror,
 Voxq; repressa gelu, percussaq; vertice tellus.
 Hinc animos acies auget, magnosq; dolores.
 Turbine Gesandrum Mauors rapit, ille morantis
 Increpat, & stricto sic vrget Iazigas ense.

Nempe omnes cecidere series, nēpe omnis adēptus
 Ante pater, quē vos subito tam fœda senectus
 Corripuit, fregitq; animos, atq; abstulit iras?
 Aut mecum mediam iuuenes, agite, ite per urbem
 Argolicamq; manum, aut' claris occumbite factis.

LIB. VI.

Irruit, & patrias ceptis ferus aduocat umbras.

Sancte mihi Vorapte pater tua pectora nato

Suggere nunc, animamq; parem, si fata peroso

Tarda tibi, turpesq; moras non segnius ipfi

Paruimus, paruiq; etiam didicere nepotes.

Hec ait, auditusq; Erebo tunc corripit ensem

Turbidus, & furis ardens quatit arma paternis.

Indigenis sacratu aquis, magniq; sacerdos

Phafidis Arctois Aquites errabat in armis,

Populeus cui frondis honor, conspectaq; glauco

Tempora nectuntur ramo, te Cyrne parentis

Immemorem dure cupiens abducere pugne.

Iamq; omnes impune globos, diuersaq; iustrans

Agmina no vsquam videt, atq; iteru intrat in equor

Vociferans, iterum belli diuersa peragrat.

Lancea ceruleas circum strepit incita vittas.

Opprimit amissis ferus hunc Gesander, habentis.

Ille manum trepidans, atq; irrita sacra tetendit,

Teq; per hanc genitor (inquit) tibi si manet, oro

Canicem compefce mitas, & sicubi nato

Parce meo dixit, contra sic victor adacto

Ense refert, genitor, turpi durare senecta

Quem mihi reris adhuc, ipse hac occumbere dextra

Maluit, atq; vltro segnes abrumpere metas.

Et tibi si pietas nati, si dextra fuisset,

Haud mediū precibus tereres nunc tempora belli,

Præda future canum, inueni fors pulchrior omni,

Et certasse manu decet, & caruisse sepulchro.

Dixerat, ille deos moriens cælumq; precatur,

Dextera ne misero talis foret obuia nato.

Te quoq; Canthe tui non inscia funeris Argo

Fleuit, ab inuita rapientem tela carina.

n p. sacerdotis.

quiparens erat

aquites

Gesander

pro fibris.

deus ali.

ARGO.

Iam Scythicos miserande sinus, iam Phasidis annem
Contigeras, nec longa dies, vt capta videres
Vellera, & Euboicis patrios de montibus ignes.
Illum vbi congressu subiit Gefander iniquo,

2. 1. 0. p. 1. e. e.

Territat his, tu qui faciles hominumq; putasti
Has Argiue domos, alium hic miser aspicias annum,
Altricemq; ntuem, festinaq; tedia vite.

Non nos aut leuibus componere brachia remis
Nouimus, aut ventos opus expectare ferentes.

Imus equis qua vel medio riget equore pontus,
Vel tumida premit Ister aqua, nec moenia nobis

Vestra placent, feror Arctois nunc liber in aruis
Cuncta tenens mecū, omnis amor iacturaq; plaustris
Sola, nec hac longum victor potiere rapina.

Ast epule quodcumq; pecus, quęcumq; ferarum.

Mitte Asie, mitte Argolicis mandata colonis,

Ne trepident, nuncq; has hyemes, hęc saxa relinquat
Martis agros, vbi tam scuo durauimus annie

Progeniem, natosq; rudes, vbi copia lethi
Tanta viris, sic in patriis bellare pruinis,

Predariq; iuuat, talemq; hanc accipe dextram.

Dixit, & Aedoniis nutritum missile uentis

Concitat, it medium per pectus & horrida nexu

Lethifer aera chalybs, trepidus super aduolat Idas,

Ac simul Oenides, pariterq; Mencetius & qui

Bebrycio propius remeavit ab hospite victor.

At vero ingentem Telamon procul extulit orbem,

Exanimem te Canthe tegens, ceu septus in arcto

Dat catulos post terga Leo, sic cominus hasta

Aeacides gressumq; tenet, contraq; ruentem

Septeno validam circumfert tegmine molem.

Nec min⁹ hinc vrget Scythię manus, armaq; Cathi.

Liliensis.
relinquā.

montib; thracie

meleager ex n. th.
deng

2. 1. am. 10

Centur. bahom;

LIB. VI.

Quisq; sibi, & Graio pœnam de corpore poscens.
 Arduus inde labos, medioc; in corpore pugna
 Conseritur, magno veluti cum turbine sese
 Ipsi Eubœe frangunt in limine venti,
 Quem Pelagi rabies, quem nubila, quemq; sequatur
 Ille dies, obnixta virum sic cominus heret
 Pugna, nec arrepto velli de corpore possunt.
 Vt bouis exuuias multo qui frangere oliuo
 Dat famulis, tendunt illi, tractuq; vicissim
 Taurea terga domant, pingui fluit vinguine tellus.
 Talis vtrinq; labos, raptataq; limite in arcto
 Membra viri miseranda meant, hi tendere contra,
 Hi contra, alterneq; virum non cedere dextre.
 Hinc mediū Telamon Canthū rapit, hinc tenet ardēs
 Colla viri, & molles galee Gesander habenas.
 Insonuit que lapsa solo, dextramq; fefellit.
 Ille iterum in clypei septemPLICIS improbus orbem
 Arietat & Canthum sequitur, Canthumq; reposcit.
 Quem manus a tergo focium rapit, atq; receptum
 Virginis Euryales curru locat, aduolat ipsa,
 Ac simul Aemonide, Gesandrumq; omnis in vnum
 It manus, ille nouas acies & virginis arma
 Vt videt, has etiam contra bellabimus inquit,
 Heu pudor, inde Lycen ferit ad confine papille.
 Inde Thoen, qua pelta vacat, iamq; ibat in Harpen
 Vix dum prima leui ductantem cornua neruo,
 Inq; labantis equi tendentem frena^c Enhippen;
 Cum regina grauem nodis auroq; securem
 Congeminans, partem capitis, galeeque ferine
 Dissipat. hic pariter telorum immanis in vnum
 It globus, ille diu contactis sufficit hastis.
 Quin grauior nutuq; cadens exterruit Idam.

f. outy est

i. cedebant

i. Amazona

i. arponante

 Zissenfo.
 menippen.
 Maseri.
 nehhippen.

Tunc ruit vt montis lat. aut vt machina iuri,
 Quę scopulis trabibusq; diu confectaq; flammis
 Procubuit tamen, atq; ingentem propulit urbem.
 Ecce locum tempusq; ratis, iamq; & sua posci
 Pręlia falcatos infert Ariasmenus axes,
 Scęaq; diffundit socium iuga, protinus omnes
 Graiugas, omnes rapturus ab inguine Colchos.
 Qualiter exosus Pyrrhę genus equora rursus
 Iuppiter, atq; omnes fluitum si fundat habenas,
 Ardua Parnassi lateant iuga, cessertit Othrys
 Pinget, & mensis decrescant rupibus Alpes
 Diluio tali, paribusq; Ariasmenis vrget
 Excidit, nullo rapiens discrimine currus.
 Agida nun primum virgo spiramq; Medusę
 Tercentum scęis squalentem sustulit hydri,
 Quam soli vidistis equi, pauor occupat ingens
 Excussis in terga viris, diramq; retorquet
 In socios non sponte luem, tunc ensibus vnctis
 Implicat, & trepidos lacerat discordia currus.
 Romanas veluti scęissima cum legiones
 Tiphone, regesq; mouet, quorum agmina pilis
 Quorum aquilis vtrinq; micant, eademq; parentis
 Rura colunt, idem lectos ex omnibus agris
 Miserat infelix non hęc ad pręlia Tybris.
 Sic modo concordēs, externaq; fata petentes
 Palladii rapuere metus, sic in sua versi
 Funera concurrunt dominis reuocantibus axes.
 Non tam fœda virum laurentibus agmina terris
 Eiecere Noti, Libyco nec talis imago
 Litore, cum fractas inuoluunt equora puppes,
 Hinc biuges, illinc artus tenduntur heriles,
 Quos radii, quos frena secant, trahiturq; trahitq;

in i. b. g. et b. a.
 listis /

i. p. r. e. f. o. s. t.

t. r. a. d. e.

p. a. l. l. a. s.

f. u. r. i. a. d. e. z. n. i.
 f. e. r. m.

i. C. u. c. i. n. g.

Currus cede madens, atque in pulvere regum
 Viscera nunc alius, alius nunc curribus herent.
 Haud usquam Colchorum animi, nec peste reuinctos *
 Tela, sed implicitos miseramque in peste reuinctos
 Confodiunt, ac forma necis non altera surgit,
 Quam ceruos ubi non umbro venator edact
 Non pinna petit, herentes sed cornibus altis
 Inuenit, & ceca constrictos accipit ira.
 Ipse recollectis audax Ariasmenus armis
 Defilit, illum acies curue secat undique, falcis,
 Partiturque rotis, atque inde furentia raptus
 In iuga, Circeos tetigit non amplius agros.
 Talia certatim Minye, sparique Cyte
 Funera miscebant campis, Scythiamque premebant.
 Cum Iuno Aesonidae non hanc ad vellera cernens
 Esse viam, nec sic reditus regina parandos
 Extremam molitur opem, funesta priusquam
 Consilia, ac sevas aperit rex perfidus iras.
 Increpat & seris Vulcanum moesta querelis,
 Cuius flammiferos videt inter regia tauros
 Pascua Tartaream proflantes pectore noctem.
 Hec etenim Minyas ne iungere Marte peracto
 Monstra, satis iubeat Cadmei dentibus Hydri,
 Ante diem timet, & varias circumspicit artes.
 Sola animo Medea subit, mens omnis in vna
 Virgine, nocturnis qua nulla potentior aris.
 Illius adflatus, sparsosque per aua succos
 Sidera fixa pauent, & aui stupet orbita Solis.
 Mutat agros, fluuiumque vias, siuis alligat ignis
 Cuncta, sopor recolit fessos etate parentes,
 Datque alias sine lege colus. hanc maxima Circe
 Terrificis mirata modis, hanc aduena Phryxus,

ARGO.

Quamuis Atratio lunam spumare veneno
Sciret, & Aemonis agitari cantibus umbras.

* Ergo opibus magicis, & virginitate tremendam
Iuno duci sociam coniungere querit Achivo. *Jaſom*
Non aliam tauris videt & nascentibus armis

Quippe parem, medio quæ si stet in agmine flammæ,
Nullum mente nefas, nullos horrefcere visus,

Quid si cæcus amor seuusq; accesserit ignis?

Hinc veneris thalamos, semperq; recentia fertis

Testa petit, visa tandem profilit altis

Diua thoris, volucrumq; exercitus omnis amorum.

Atq; prior placidis supplex Saturnia distis

Aggreditur, veros metuens aperire timores.

In manibus spes nostra tuis, omnisq; potestas

Nunc ait, hoc etiam magis annue vera fatenti.

Durus ut Argolicis Tirynthius exulat oris,

Mens mihi non eadem Iouis, atq; aduersa voluntas.

Nullus honor thalamis, flammæ ve in nocte priores.

Da precor artificis blanda aspiramina forme

Ornatusq; tuos terra caeloq; potentes.

Sensit diua dolos, iam pridem sponte requirens

Colchida, & inuisi genus omne excindere Phœbi.

Tum vero optatis potitur, nec passa precari

Vlterius, dedit ecce decus, foecundaq; monstris

Cingula, non pietas quibus aut custodia famæ,

Non pudor, at contra leuis & festina Cupido,

Affatusq; malus, dulcisq; labantibus error,

Et metus, & demens alienaq; cura pericli.

Omne ait imperium, natorumq; arma meorum

Cuncta dedi, quascunq; libet nunc concute mentes.

Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,

Atq; hinc virgineæ venit ad penetralia sedis.

magico

*ornata semper re-
niti fertis.*

hercules

medea

veny

2. Juno

2

Chalceopen imitata sono formaq; sororem.

Fulfit ab inuita numen procul, & pauor artus

Protinus, atq; ingens Aectida perculit horror.

Ergo nec ignotis Mínyas huc fluctibus inquit

Aduenisse soror, nec nostro sola parenti

Scis focias iunxisse manus. at cetera muros

Turba tenet, fruiturq; virum coelestibus armis.

Tu thalamis ignaua sedes, tu sola paterna

Fixa domo. tales quando tibi cernere reges?

Illa nihil contra, nec enim dea passa, manumq;

Implicat, & rapidis mirantem passibus aufert.

Ducitur infelix ad moenia summa, futuri

Nescia virgo mali, & falsę commissa sorori.

Lilia per vernos lucent velut alba colores,

Pręcipue queis vita breuis, totusq; parumper

Floret honor, fuscis etiam Notus imminet alis.

Hanc residens altis Hecate Perfeta lucis

Flebat, & has imo referebat pectore voces.

Deseris heu nostrum nemus, equalesq; cateruas

Ah misera, vt Gratas haud sponte vageris ad vrbes,

Non iniussa tamen, neq; te mea cura relinquam,

Magna fugę monumenta dabis, spernere nec vsquam

Mendaci captiua viro, meq; ille magistram

Sentiet, & raptu famule doluisse pudendo.

Dixerat. ast ille murorum extrema capeffunt,

Defixęq; virum lituumq; fragoribus horrent.

Quales instanti nimborum frigore mcestę

Succedunt ramis, herentęq; pauore volucres.

Iamq; Gethe, iamq; omnis Iber, Drangeaq; densa

Strage cadit legio, & latis prosternitur aruis.

Seminecesq; duces inter sua tela suosq;

Inter equos sequam misero lustramine versant

Congertem, & longis campos singultibus impleit,
 Victores patrium contra p̄ana Geloni *populi p̄p̄t*
 Congeminant, eadem redeunt mox gaudia victis, *castris*
 Qua deus & melior belli respexit imago.
 Quis tales obitus dederit, quis talia facta
 Dic age, tu veri reminiscere musa furoris.

Abfyrus clypei radiis, curruq; coruscus
 Solis aui (cuius vibrantem cominus hastam
 Cernere, nec galeam gentes potuere minantem.
 Sed trepide redeunt, & verso vulnera tergo
 Accipiunt, magnisq; fugam clamoribus augent.)
 Proterit impulsu grauis agmina, corporaq; atris,
 Sternit equis, gemitusq; premit spirantia cerui
 Nec leuior comitatur Aron, horrentia cuius
 Discolor arma super, squallentesq; cre lacertos
 Barbarica chlamys arcet acu, tremefactaq; vento
 Implet equum. qualis roseis at lucifer alis,
 Quem Venus illustri gaudet producere caelo.
 At non inde procul Ramelus & acer Otaxes
 Dispulerant Colchos, pariterq; inglorius armis
 Fraude noua stabula, & furtis adfuetus inultis
 Depopulare greges, frontem eum cornibus auxit
 Hispidus, inq; dei latuit terrore Lycei.
 Hac tunc attonitos facie defixerat hostes.
 Quem simul ignota formidine bella mouentem
 Vidit Aron, pauidos te inquit nunc rere magistros,
 Et stolidum petisse pecus. non pascua nec bos
 Hic tibi nocturnus. mitte hęc, simulacraq; Panis,
 Neue deum mihi finge, deus quoq; consere dextram
 Sic ait, intentaq; adiutum missile planta
 Dirigit, & laxis patuerunt vulnera villis.
 Nec minus Acolii proles Aectia Phryxi

v. fortuna.

*dit Comiti t̄m̄fi
 nra quā dicitur
 perbaton quā
 est d̄ans em
 o quē d̄as
 Liffensis.
 altis.
 igenibus.
 cerni.
 Pectus
 bonis.*

v. deipans.

Fertur & ipsa furens, ac se modo læta Cytis
 Agminibus, modo cognatis ostentat Achivis.
 Atq; hos in medio duri discrimine belli,
 Laudibus inq; ipsis gaudens vbi vidit Iason,
 Macte ait o nostrum genus & iam certa propago
 Aeolię nec opina domus, sat magna laborum
 Dona fero, satis hoc visu quęcunq; rependo.
 Dixit, & in Suetem, magniq; in fata Cerauni
 Emicuit, clypeumq; rotans hunc poplite cęso
 Deicit, illum aperit lato per pectus hiatu.
 Argus vtrunq; ab equis ingenti porrigit aruo
 Et Zacorū & phalcē, pedite pedes haurit Amastrim.
 Sanguinis ille globos, effulq; viscera gestat
 Barbarus, & cassā frendens sublabitur tra.
 Dat Calais Barifanta neci, semperq; propinquas
 Rhiphea venali comitantem sanguine pugnas.
 Centum læta bouum bellator corpora, centum
 Pactus equos, his ille animam lucemq; rependit
 Crudelis, tandem dulces iam cassus in auras
 Respicit, ac nulla cœlum reparabile gaza.
 Labitur intortos per tempora cęrula crines,
 Tunc quoq; materna velatus harundine Peucon.
 At genitrix inis pariter Męotis ab antris
 Impleuit plangore lacus, natumq; vocauit,
 Iam non per ripas, iam non per curua volantem
 Stagna, nec in medio truncantem marmore ceruos.
 Eurytus exhomatas agit equore. Nestoris haste
 Immoritur primęuus Helix, nec reddita caro
 Nutrimenta patri, prius ereptus in annis.
 Ablatatum, Zetemq; Daraps, illum exigit hasta,
 Hunc figit ingenti subitū tum sanguinis vnda,
 Vidit & extremo lucentia pectora ferro.

n. p.

f. veniebat.

np.

n. p.

*

Ecce autem muris residens Medea paternis
 Singula dum magni lustrat certamina belli,
 Atq; hos ipsa procul densa in caligine reges
 Agnoscit, queritq; alios Iunone magistra,
 Conspicit Aesonium longe caput, ac simul acres
 Huc oculos, sensusq; refert, animunq; fauentem.
 Nunc quo se raperet, nunc quo diuersus abiret
 Ante videns, quotq; vnus equos, quot fuderat arma,
 Orantesq; viros quam densis sisteret armis.
 Quaq; iterum tacito sparsit vaga lumina vultu
 Aut fratris querens, aut pacti conjugis arma,
 Sequus ibi miserę solusq; occurrit Iason.
 Tunc his germanam aggreditur (ceu nescia) dictis.
 Quis precor hic, toto iam dudum feruere campo
 Quem tueor, quemq; ipsa vides? nam te quoq; talis
 Attonitam virtute reor. contra aspera Iuno
 Reddit agens stimulis, ac diris fraudibus vrget.
 Ipsum ait Aesoniden cernis soror, equiore tanto
 Debita cognati repetit qui vellera Phryxi.
 Nec nunc laude prior generis, nec sanguine quisquã
 Aspicias vt Minyas inter proceresq; Cytęos
 Emicet effulgens, quantisq; insultet aceruis.
 Et iam vela dabit, iam litora nostra relinquet,
 Thesalię felicitis opes dilectaq; Phryxo
 Rura petens, eat, atq; vtinam superetq; labores.
 Tantum affata, magis campis intendere suadet,
 Dum datur, ardentescq; viri percurrere pugnas.
 At simul hanc dictis, illum dea Marte secundo
 Intulit, atq; nouas egit sub pectore vires.
 Ora sub excello iam dudum vertice con
 Sequa micant, cursuq; ardescit, nec tibi Perse,
 Nec tibi virgo iube. letabile sidus achivę.

respondit.

Acer vt autumini canis, iratoq; vocati
 A Ioue fatales ad regna iniusta comete.
 Nec sua Grethiden latuit dea, vinctq; recentem
 Sentit agi membris, ac se super agmina tollit,
 Quantus vbi ipse gelu magnoq; incanuit imbre
 Caucasus, & summas abiit hibernus in Arctos.
 Tunc vero stabulis qualis leo scuit opimis
 Luxurians, spargitq; famem, mutatq; cruores.
 Sic neq; parte ferox nec cede moratur in vna,
 Turbidus, inq; omnes pariter furit, ac modo seuo
 Ense, modo infesta rarefcunt cuspide pugne.
 Tunc & terrificis vndantem cornibus Hebrum,
 Et Gethicum Priona ferit. caput eripit Anchi
 Brachiaq; & vastis voluendum mittit harenis.
 At genitus Ioue completrat sua fata Colaxes.
 Iamq; pater mcesto contristat sidera vultu,
 Talibus egra mouens nequicquam pectora curis.
 Hei mihi si dure natum subducere sorti
 Molior, atq; meis ausim confidere regnis.
 Frater adhuc Amyci mceret nece, cunctaq; diuum
 Turba fremunt, quorum nati cecidere, cadentq;
 Quin habeat sua quenc; dies, cunctisq; negabo,
 Que mihi supremos misero sic fatus honores
 Congerit, atq; animis moriturum ingētibus implet.
 Ille volat campis, immensaq; funera miscet
 Per cuneos, velut hiberno proruptus ab arcu
 Imber agens scopulos, nemorūq; operumq; ruinas,
 Donec ab ingenti bacchatus vertice montis
 Frangitur, inq; nouum paulatim deficit annum.
 Talis in extremo proles Iouis emicat cno.
 Et nunc magnanimos Hypetaona Gesithoumq;
 Nūc Arinem, Nolbūq; 'notat', tam faucius Apren.

Lillasse.
 rotat.

Et desertus equo Tydrum pedes excidit hasta
 Phasiaden, pecoris custos de more paterni
 Caucasus ad prunas genuit quem Phasidis vndas.
 Hinc puero cognomen erat, famulumq; ferebant
 Phasidis intonso nequicquam crine parentis.
 Iamq; alijs instabat atrox, cum diua supremas
 Rumpit iniqua colus, victorq; aduenit Iason.
 Excipit hunc seua sic fatus voce Colaxes.
 Vos Scythicę saturare canes, Scythicęq; volucres
 Hec miseri venistis ait, saxumq; prehensum
 Illius & dextrę gestamen, & illius cui
 Concussa molitur humo, quod regia Iuno
 Flexit ad ignotum caput, infletumq; Monest.
 Preceps ille ruit, nato non depulit ictus
 Iuppiter, Aesonę vulnus fatale sed haste
 Per clypeum, per pectus abit, lapsosq; cruentus
 Aduolat Aesonides, mortemq; cadentis aceruat.
 Spargitur hinc, miserisq; venit iam notus Alantro.
 At regina virum (neq; enim deus amouet ignes)
 Persequitur iustrans, oculisq; ardentibus heret.
 Et iam leta minus presentis imagine pugne,
 Castigatq; metus, & quas alit infcia curas
 Respiciens an vera soror, nec credere falsos
 Audet atrox vultus, eademq; in gaudia rursus
 Labitur, & seque trahitur dulcedine flammę.
 Ac velut ante comas, ac summa cacumina siluę
 Lenibus alludit flabris leuis Auster, at illum
 Protinus immanem curę sensere carinę.
 Talis ad extremos agitur Medea furores.
 Interdum blandę direpta monilia diue
 Contrectat, miseroq; aptat flagrantia collo,
 Quaq; dedit teneros aurum furiale per artus

for sam alanis

ia sones.



i. Caliope I

i. aq dit.

i. flatibz

Deficit, ac sua virgo deę gestamina reddit.
 Non geminis, non illa leui turbata metallo,
 Sed facibus, sed mole dei, quem pectore toto
 Iam tenet, extremus roseo pudor errat in ore.

Ac prior his, credis ne patrem promissa daturum

O soror, Argolicus cui diis melioribus hospes

Contigit: aut belli quantum iam restat acerbi?

Hęc quibus ignota sese pro gente periclis

Obticit, hęc fantem medio in sermone reliquit

Incepti iam Iuno potens, securaq; fraudis.

Imminet at celsis audentius improba muris

Virgo, nec ablatam sequitur, querit ve sororem.

Ah quoties vis dira ducum, densiq; repente

Aesoniden pressere viri, cumq; omnis in vnum

Imber it, toties saxis pulsatur & hastis.

Primaq; ad infesti Lexanoris horruit arcus.

Alta sed Aesonum supra caput exit harundo,

Tecq; Gaice petit, coniuux miseranda Caico

Linqvitur, & primo domus imperfecta cubili.

Regius Eois Miraces interpretis ab oris

Venerat, vt Colchos procul, atq; Aectia Parthis

Fœdera donato non irrita iungeret auro.

Tum iuuenem terris parçe tenere Cytœis,

Ac subiti mauortis amor, simul armiger ibat

Semiuir, impubemq; gerens, sterilemq; iuuentam.

Ipse pharetratis residens ad frena tapetis,

Nunc leuis infesto procurrit in agmina curru,

Nunc fuga conuersas spargit mentita sagittas.

Ad viridem gemmis, & Eoę stamine siluę

Subligat extrema patrium ceruice tiam

Insignis manicis, insignis acinace dextro.

Improba barbaricę procurrunt tegmina plante.

amoris

pendelis

mapna multi

n. p.

belli.

f. fugit

Liliensis.

ac.

Nec latere diu seuum spolia illa Syenem,
 Perq; leuem & multo maculatam murice Tigridem
 Concita cuspis abijt. subitose ex ore cruores
 Saucia Tigris hiat, vitamq; effundit herilem.
 Ipse puer fracto pronum caput implicat arcu.
 Sanguine tunc atro, chlamys ignea, sanguine vultus
 Et grauidę maduere comę, quas flore Sabęo
 Nutrierat, liquidoq; parens signauerat auro.
 Qualem siquis aquis, & fertilis vberē terre
 Educat, ac ventis oleam fœlicibus implet,
 Iam quę det primam tenero de vertice frondem,
 Cum subito immisissis præceps Aquilonia nimbis
 Venit hyems, nigraq; euulsam extendit arena.
 Haud secus ante urbem Miraces, atq; ipsius ante
 Virginis ora cadit, sed non magis illa mouetur,
 Vnius egra metu, quam te Meleagre furentem,
 Quam Talaum videt, aut pugnas miratur Acasti.
 At fatis hos ipse gentes campi q; videbant
 Tempestate pari versis incumbere turmis.
 Ante oculos fuga fœda ducum, largusq; cadentum
 It cruor, & currus dominis ingentibus orbi.
 Non tulit hos Perfes gemitus, clademq; suorum,
 Tergaq; versa tuens, his coelum questibus implet.
 Quid me iam patriis eiectum sedibus istas
 Vt fruere pugnas, Scythiamq; in bella mouerem
 Vos superi, vos augurio iussistis inani?
 Quid fratris seui tunc Iuppiter omnia pœnas
 Promisere mihi? nobis Argoa parabas
 Scilicet auxilia, & tantas coniungere vires.
 Seu quidem lucis miseris mora. dent tamen oro
 Vnum illum mihi fata diem, quo fallere Achiuos
 Quisq; velit, quoque hunc videam virtute superbum.

per pelles tigris

oliaz.

Consonantiora
mihi

in istis. hic
Cuz acto. est

quod

Aesoniden tantos flentem sine honore labores.

Dixerat hæc, pectusq; suis euerberat armis,

Et galeam fletu, galeam singultibus implet.

Ibat & in mediū præceps incendia belli,

Ni prior aduersis Pallas vidisset ab armis.

Et secum ruit ecce ferox in funera Perses,

Quem genitor Colchis, folioq; reponere fratris.

Iam statuit, nostra vereor ne fraude peremptum.

Incepit, & culpam hanc magno terrore rependat.

Hæc dicens atro nebulam diffundit amictu,

Stridentesq; viri circum caput adinouet hastas.

Ille super focias 'dementi' turbine gentes

Erigitur paulum læt raptatus in æthra.

Iam tandem extremas pugne defertur in oras,

Forte vbi ferus Iber, vbi Sidoniq; phalanges

Marte calent, folisq; iuuant clamoribus agmen.

Nox simul astriferas profert mortalibus umbras,

Et cadit extemplo belli fragor, ægraq; muris

Digreditur longum virgo perpessâ timorem.

Vt fera Nycteli paulum per sacra resistunt,

Mox rapuere deum iam iam quodcumq; parate.

Thyades, haud alio remeat Medea tumultu.

Atq; inter Graiumq; acies patriasq; phalanges

Semper inexpletis agnoscit Iasona curis,

Armaq; quicq; caua superest de casside vultus,

FINIS.

C. VALERII FLACCI SE

TINI BALBI ARGO

NAVTICON LI

BER SEPTI

MVS.

pro misi.

Lilensis.
dementi.

In ære

q. r. Iberos ferit

si religio
sacerdotisse sunt b
hi

ARGO.



E quoq; Theſſalico iam ſeruis ab ho-
ſpice veſper

Diuidit, & te iam tua gaudia virgo re-
linquunt,

Noxq; ruit, ſoli venſes nō mittis amāti.

Ergo vbi contactis extremo in limine plantis

Contigit egra thoros, & mens incenſa tenebris,

Vertere tunc varios per longa inſomnia queſtus,

Nec poterat quo ſcire malo, tandemq; fateri

Auſa ſibi paulum medio ſic fata dolore eſt.

Nunc ego quo caſu, vel quo ſic peruigil viſq;

Ipoſa volens errore trahor? non hec mihi certe

Nox erat ante tuos iuenis fortiffime vultus,

Quos ego cur iterum demens, iterumq; recordor

Tam magno diſcreta mari? quid in hoſpice ſolo

Mens mihi? cognati potius iam vellera Phryxi

Accipiat, que ſola petit, queq; vna laborum

Cauſa viro. nam quando domos has ille reuifer?

Aut meus Aefonias quando pater ibit ad vrbes?

Fœlices mediis qui ſe dare fluctibus auſi,

Nec tantas timuere vias, talemq; ſecuti

Hunc qui deinde virum, ſed ſic quoq; talis abito.

Iam iactata thoro, nimumq; experta cubile

Ecce videt tenui candefcere limen Eoo.

Nec minus inſomnem lux orta reſecit anantem,

Quam cum languentes erexerit ſimber ariſtas.

Grataq; iam feſſis descendunt flamina remis.

At ſua longarum Minyas iam cura viarum

Admonet, inq; ipſo nequicquam tempore regem

Leticie meritiq; petunt, quem paſſus Iafon

Vota prius, captasq; deis accendere prædas.

Prominet, atq; oculos longe tenet, aurca ſi iam

1. ab iafone

1. medea.

f. ipſa medea.

laborabat.

1. iafon.

1. aetas.

1. nabigare

1. Ince orientale

Pellis, & oblati claresceret aspera villis.

Ille autem iam iam vultus vocesq; paratas

Ante aperit, rumpitq; moras, inq; ipsa morantis

Profilit ora viri, taliq; effunditur ira.

Iasonis.

Orbe fatos alto, sua litora regnaq; habentes

Quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras?

Quis ve met vos tantus amor? tu prima malorum

Causa mihi tu Phryxe gener. non te equore mersum

Quo foror, vt felix nullos nunc nomine Gratos

Nossem ego, quis regum Peltas, quis Thessalus, aut q

Græcia? qd nã hominũ cerno genus? aut vbi cantes

Cyane? venit Scythicas en hospes in oras.

Quinquaginta Asiam (pudet heu) penetrarit Iason.

Exulibus, ineq; ante alios sic spreuerit vna

Vna ratis, spoliũ vt Iuno de rege reportet.

Ipsũ effere meos atq; ipsum pandere lucos

Imperet, & nullo dignetur vincere bello.

Cur age non templis sacrata auellere dona

Omnibus, atq; ipsas gremiis abducere natas

Predo libet? vobis ne domos, vobis ne parentes

Esse putem? ratis infandis quos sola rapinis

Senaq; pascit hyems, & quos (credamus vt ipsis)

Rex suis illisit pelago, vetuitq; reuerti.

Scilicet Aeolice pecudis potiatur vt auro,

Ante meus cesa descendet Caucasus vmbra,

Ac prior Aemonias rapiet super equora predas.

Haud ego cum vittis statui feralibus Hellen.

Si tamen his aliter perstas non cedere terris,

Teq; pudor cassi reditus mouet, ac latet vna

Nescio quid plus puppe viris, haud ipse morabor

Que petitis, modo nostra prior tu perfice iussa.

Martius ante urbem longis facit, horridus annis

f. merfa est.

f. reves.

putabo.

hiet credam.

f. ixi.

f. ixi arborib.

non credere.

*f. Consecrat9 de9
tig est*

Campus, & ardentis, ac me quoq; vomere presso
 Me quoq; cunctantes interdum agnoscere tauri.
 His magis atq; magis rabiem nunc nostra senectus
 Luxuriamq; dedit, solitoq; superbior ignis
 Ore fremit, succede meq; fortissime laudi,
 Et nostros recole hospes agros, nec semina deerunt,
 Quę prius ipse dabam, & messes quas solus obibā.
 Consilii nox vna satis, tecumq; retracta,
 Cumq; tuis hęc iussa deis, ac siquid in isto est
 Robore, prædicti venies in rura laboris,
 Ipse incertus adhuc tenebris te protinus illis
 Inuolui, flammisq; velim durare parumper,
 An magis everso iacias dum semina campo,
 Ac tibi Cadmei dum seminis exeat Hydri
 Miles, & armata florescant pube nouales.
 Filia prima trucidis vocem mirata tyranni
 Hęsit, & ad iuuenem pallentia rettulit ora,
 Contremuitq; metu, ne nescius audeat hospes,
 Seq; miser ne posse putet, perstrinxerat horror
 Ipsum etiam, & moesta stabat defixus in ira.
 Non ita tyrrhenus stupet magis Ionus alto,
 Qui te iam Lilybę tuens, clarumq; serena
 Arce Pharon, præceps subito nusquā hostia, nusquā
 Ausoniam videt, & seuas accedere Syrtes.
 Tum tamen infando quę det responsa tyranno
 Colligit, & tandem obtutu confurgit ab alto.
 Non, ait, hos reditus, non hanc Aeeta dedisti
 Spem Minyis, cum prima tuis pro mœnibus arma
 Induimus, quo versa fides? quos vestra volutant
 Iussa dolos? alium hic Pelian, alia equora cerno.
 Quin agite hoc omnes odissq; virgete tyranni
 Imperitq; caput, quanquam mihi dextera nec spes.

1. quas solebat.

Miseri?
 nō ita tyr-
 rhen⁹ nau-
 res stupet
 ionio alto.
 Ailientis,
 nō ita tyr-
 rhen⁹ stu-
 pear mar]
 insci⁹ alto.

1. molestis

LIB.VII.

Defuerit mox iussa pati, nec cedere duris.
 Vnum oro, seu me illa suis seges obruet hastis,
 Hauriet aduerso seu crastinus ignis hiatu,
 Nuncius hinc seuas Pelic mittatur ad aures,
 Hic periisse viros, & me si vestra fuisset
 Villa fides, reducem patrię potuisset referri.
 Talibus attonitos dictis natamq; patremq;
 Linqvit, & infida p̄ceptis prorumpit ab aula.

At trepida & medios inter deserta parentes
 Virgo filet, nec fixa solo seruare parumper
 Lumina, nec potuit mœstos non flectere vultus,
 Respexitq; fores, & adhuc inuenit euntem.
 Visus & heu miserę tunc pulchrior hospes amanti
 Discedens, tales humeros ea terga relinquit.

Illa domum atq; ipsos paulum procedere postes

Optat, & ardentem tenet intra limina gressus.

Qualis vbi extremas Io vaga sentit harenas,

Fertq; refertq; pedem, tumido quam cogit Erinnyis

Ire mari, Pharięq; vocant trans equora matres.

Circuit haud aliter foribusq; impendet apertis,

An melior Minyas reuocet pater, oraq; querens

Hospitis, aut solo mœret defecta cubili,

Aut venit in carę gremium refugitq; sororis.

Atq; loqui conata filet, rursusq; recedens

Querit, vt Accis hospes confederit oris

Phryxus, vt aligeri Circen rapuere dracones.

Tum comitum visu fruitur miseranda suarum,

Expleriq; nequit, subitoq; parentibus heret

Blandior, & patrię circumfert oscula dextrę,

Sic assueta thoris, & mensę dulcis herili

Aegra noua iam peste canis, rabieq; futura

Ante fugam totos lustrat queribunda penates.

seges profer
 p̄ceptis est
 f. d. d. in fidi.

v. mede

v. ipsa ardens

v. nomez propin
 v. egypti

v. etas b

v. qualiter

v. mesi herili

ARGO.

Tandem etiam molli sese simul increpat ira.

Pergis ait demens teq; illius angit imago,

1. ipse profuga Curatq; qui profuga forsan tenet alta carina,

Quiq; meum patrias referet nec nomen ad vrbes.

Quid me autem sic ille mouet, superet ne labores

An cadat, & tanto turbetur Græcia luctu?

Saltem fata virum si iam suprema ferebant

Iussis ad ignotos potius foret ire tyrannos

O vtinam, & tandem non hac moreretur in vrbe.

Nanq; & sidereo nostri de sanguine Phryxi

Dicitur, & caram vidi indoluissè sororem,

Seq; ait has iussis actum miser ire per vndas.

'Aut' redeat quocunq; modo, meq; ista precari

Nesciat, atq; meum non oderit ille parentem. f. acc. l. 7.

Dixerat hæc, stratoq; graues proiecerat artus.

Si veniat miserata quies, cum sciuor ipse

Turbat agitq; sopor, supplex hinc sternitur hospes, f. Ja

Hinc pater, illa noua rumpit formidine somnos,

Erigiturq; thoro, famulas carosq; penates

Agnoscit modo Thessalicas raptata per vrbes.

Turbidus vt pœnis, cæcisq; pauoribus ensen

Corripit, & scæuæ ferit agmina matris Orestes. n. p.

Ipsam angues, ipsum horroni quatit ira flagelli.

Atq; iterum infestè se feruere cede Lacenè,

Credit agens, fallacè redit de strage dearum

Fessus, & in miserè conlabitur ora sororis.

His vbi nequicquam nutantem Colchida curis 1. medea

Iuno videt, nec dum extremo parere furori,

Non iam mentitè vultum vocemq; resumit

Chalciopes, quando ardor habet, leuorq; pudori

Mensq; obnixta malo, tenues sublimis in auras

Tollitur, & filuo venerem vestigat Olympo.

1. Jason.

2. illensis.
at vel vt.

1. medea

2. f. lacene.

1. 1. jmo.

LIB. VII.

Sum mēmor, vt tantum mecum partita laborem.

medea Illa nimis sed dura manet, conuersaq; in iram

Et furias dolet, ac me nunc decepta reliquit.

I precor, atq; istum (quo me frustratur) amorem

Vince precor, patriis vt tandem euadere tectis

Audeat, atq; meum casu defendere ab omni

Aesoniden, quin illa sacro (quo fręta) veneno,

Illum etiam totis adstantem noctibus anguem,

Qui nemus omne suum, quiq; aurea (respice porro)

Vellera tot spiris circum, tot ductibus implet,

Soluat, & in somnos ingenti soluat ab orno. *carbore*

Hęc tibi non furis, atq; ipsi cętera mando. *f. medea*

Tum Venus aligerum mater sic fati amorum.

Nec tibi cum primos aggressa es flectere sensus *i. primis*

Virginis, ignotaq; animum contingere cura

Defuimus, data continuo quod cingula soli *f. ep. venus*

Nostra tibi, queis mota loco, labefactaq; cessit.

Haud fatis est, sed me ipsum opus, & cūctātia poscūt

Pectora me, dubiusq; pudor. iam fœdera saxo

Aesonii petat ipsa viri, metuatq; morari. *f. quod*

Tu face lucifere citus ad delubra Dianę *i. ad templ.*

Deueniat, sacras solita est vbi fundere tēdas

Colchis, & equali dominam lustrare caterua. *f. p. Jason*

Nec te nūc Hecates subeat metus, vt mea forte

Impediat, nec me cętati, quin audeat opto.

Continuo transibit amor, cantuq; trilingui *Sabellio.*

Ipsam flammiferos cogam compefcere tauros. *qn audiat*

'Amplexuq; peti', volucrem tunc aspicit Irim. *opto.*

Festiuansq; iubet monitis parere Diones. *Sabellio.*

Et iuuenem Aesonium p̄dicto sistere luco. *amplexus*

Protinus hinc Iris Minyas, Cytherea petiuit *pari.*

Colchida, Caucafeis speculatrix Iuno resedit *Dea. A.*

ARGO.

Rupibus, attonitos Acca in incenia vultus
 Specq; metuq; tenens, & adhuc ignara futurū.
 Vix primas occulta Venus prospexerat arces,
 Virginis ecce nouus mentem perfingere langor
 Incipit, ingeminant commotis questibus estus. *me*
 Ergo iterum sensus varios super hospite voluens
 Mereret, & absenti nequicquam talia fatur.

ad absentem.

Alliciensis.
 ne.

Si tibi Theſſalicis, nunc si tua forte venenis
 Mater, & heu, si qua est, posset succurrere coniux,
 Quid' ve' tuos virgo possum nisi flere labores:
 Hoc satis, ipsa etiam casus spectare supremos,
 Atq; iterum durę cogar comes ire forori.
 Et nunc ille sui non quenquam sorte moueri,
 Non vllum meminisse putat, cumq; omnibus odit
 Me quoq;: si quando fuerit tamen vlla potestas. *fa*
Illum ego, qui diris cinis vltimus hęserit aruis, *tag*

in cineres.

Ossaq; queis tauri, scęusq; pepercerit ignis,
 Componam, sedemq; dabo. fas tunc mihi manes
 Dilexisse viri, tumuloq; has reddere curas.
 Dixerat. ecce thoro Venus improuisa refedit,
 Sic vt erat mutata deam, mentitaq; pictis
 Vestibus, & magica Circen Titanida virga.
 Ipsa velut lenti fallatur imaginę somni
 Hic oculos incerta tenet, magniq; sororem
 Paulatim putat esse patris. tum flebile gaudens
 Prosiluit, scęq; vltro tulit oscula diuę.

Ac prior. o tandem vix tandem reddita Circe
 Dura tuis, que te biugis serpentibus egit
 Hinc fuga: que ve fuit patriis mora gratior oris:
 Ante & Theſſalicę phasin petiere carinę,
 Perq; tot inſcelix frustra vada venit Iafon,
 Quam patrię te monuit amor: tum cętera rumpit

LIB.VII.

Occurritq; Venus, tu nunc mihi causa viatum,
 Sola, tuę venio (iam pridem ignaua) iuuentę
 Cętera parce queri, neu me meliora secutam.
 Argue, quippe etiam repetentur munera diuum.
 Omnibus hunc potius cōmunem aninātibus orbē,
 Communes & crede deos, patriam inde vocato,
 Qua redit itq; dies, nec nos o nata malignis
 Cluserit hoc vno semper sub frigore mensis.
 Fas mihi non habiles, fas & tibi linquere Colchos,
 Et nunc Ausonii contux ego regia Pici,
 Nec mihi stanniferis horrent ibi pascua tauris,
 Mecq; vides Thusci dominam maris, at tibi quinam
 Sauromatę miseranda proci? cui vadis Ibero?
 Hei mihi vel scuo contux non vna Gelono?
 Illa deę contra sandudum spernere voces.
 Nō ita me immemorē magnę Perseidos, inquit,
 Cernis, vt infelix thalamos ego cogar in illos.
 I precor, atq; vnum pro me dimitte timorem.
 Sed magis his miseram (quando potes) eripe curis.
 Vnde metus, estusq; mihi, quęq; aspera semper
 Perpetiōr durę sandudum incendia mentis.
 Nulla quies animo, nullus sopor, arida mens est
 Quere malis nostris requiem, mentemq; repone.
 Redde diem, & noctem mihi, da me adprendere vestes
 Somniferas, ipsaq; oculos componere virga.
 Tu quotq; nil mater prodes mihi, fortior ante
 Sola fui, tristes thalamos, infestaq; cerno
 Omnia, vipereos ipsi tibi surgere crines.
 Talia verba dabat, collapsaq; flebat intque
 In veneris Medea sinus, pestemq; latentem
 Ossibus, atq; tmi monstrabat pectoris ignem.
 Occupat amplexu Venus, & funalia figit

italie

Masert.
furalia.

ARGO. II

Oscula, permixtumq; odiis inspirat amorem.
 Dumq; illam variis mcerentem vocibus ambit,
 Inq; alio sermone tenet, quin hoc ait audi.
 Atq; attolle genas, lachrymisq; hæc infit obortis.
 Cum leuis a superis ad te modo laborer auris,
 Forte ratem primo fugientem litore cerno.
 Qualem nostra suo nunquam dimittere ponto
 Vellet, adhuc omnes quæ detinet insula nautas.
 Vnus ibi ante alios qui tum quoq; pulchrior omnis
 Visus erat, longeq; ducem mirabar & ipsa,
 Aduolat, atq; vniam comitum ratus esse tuarum.
 Per tibi si quis ait morituri protinus horror,
 Et quem non meritis videas occurrere monstris,
 Hæc precor, hæc domine referas ad virginis aurem,
 Tu fletus ostende meos, illi has ego voces.
 Qua datur hasq; manus, vt possum, a litore tendo.
 Ipse ego, quas mecum per mille pericula traxi
 Defecere deę spes & via sola salutis
 Quam dederit, si forte dabit, ne vota repellat
 Ne' mea, totq; animas, qualis nec viderit vltra,
 Dic precor auxilio iuuet, atq; hæc nomina seruet.
 Si Pelopis duros prior Hippodamia labores,
 Expedit, totq; ora simul iugulata procorum
 Respiciens tandem patrios exhorruit axes.
 Si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo,
 Cur non hospitibus fas sit succurrere dignis
 Te quoq; ? & Aceos iubeas mitescere campos
 Occidat æterna tandem Cadmeia morte
 Iam seges, & viso spumantes hospite tauri.
 Hei mihi quod nullas hic possum exoluere grates.
 Attamen hoc scia corpus de morte receptum,
 Hanc animam sciat esse suam, miserabitur ergo.

Sabellio
 nunc.

Sabellio
 nunc.

Ne precor infando similem te virgo parenti
 Gesseris. haud tales decet inclementia vultus.
 Hascine nunc grates? hec expectata laborum
 Dona dari decuit? sic te sub teste remitti
 Fas mihi virgo tuum? iustas da vocibus aures *s. patrem.*
 Nec pater ille tuus tantis me opponere monstris
 Quid meritum? aut tales voluit me expendere poenas?
 Iam tacet externa quod nunc mihi cuspide Canthus? *ma. sunt argona*
 Quodq; meus vestris cecidit pro mœnibus Iphis, *tas.*
 Aut Scythiæ tanta inde manus? iussisset abire
 Perfidus, atq; suis extemplo cedere regnis.
 Spem mihi promissam, per quæ discrimina rursus,
 Et reddat qua lege vides, occumbere tandem
 Possumus, idq; sedet, quam non quæcunq; subire *inflacet.*
 Patris iussa tu, nunquam sine vellere abibo
 Hinc ego, degenerem nec me tu prima videbis.
 Hæc ait. illa tremens, vt supplicis aspicit ora
 Conticuisset viri, iamq; & sua verba reposcit,
 Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,
 Qua ve tenus, prima cupiens effundere voces *temesit.*
 Omnia, sed nec prima pudor dat verba timentis.
 Hæret, & attollens vix tandem lumina fatur.
 Quid precor in nostras venisti Thessalæ terras?
 Vnde mei spes vlla tibi? tantosq; petisti
 Cur non ipse tua frætus virtute labores?
 Nempe ego si patriis timuisssem excedere testis,
 Occideras, nempe hanc animam pars scua manebat
 Funeris. o vbi Iuno? vbi nunc Tritonia virgo?
 Sola tibi quoniam tantis in casibus adsum
 Externæ regina domus, miraris & ipse
 Credo, nec agnoscunt hæc nunc Acetida siluæ.
 Sed factis sum victa tuis. cape munera supplex

ARGO. III.

Non meâ, teq; iterum Pelias si perdere quæret,
 Inq; alios casus, aliasq; immittet ad vrbes,
 Heu formę ne crede tuæ. Titania tanq;
 Gramina, Persęsq; sinu depromere vires
 Cæperat, his iterum compellat Iasona dictis.
 Si tamen aut superis aliquam spem ponis in ipsis,
 Aut tua præsentī virtus educere letho
 Si te forte potest, & iam nunc deprecor hospes
 Me sine, & infontem misero dimitte parenti.
 Dixerat, extemplo (neq; enim matura ruebant
 Sidera, & extremum suffecerat axe Bootem)
 Cum gemitu & multo iuueni medicamina fletu,
 Non secus ac patriam pariter famamq; decusq;
 Obicit, ille manu subit, & vim corripit omnem.
 Inde vbi facta nocens, & non reuocabilis vnquam
 Cessit ab ore pudor, propiorq; impleuit Erinys,
 Carmina nunc totos soluit, figitq; per artus
 Aesonidę, & totum septeno murmure fertur
 Per dypeum, atq; viro grauiorem reddidit hastam.
 Tanq; sui tauris languent absentibus ignes.
 Nunc age, & has inquit cristas, galeamq; resumme,
 Quam modo funerea tenuit discordia dextra.
 Hanc iace per medias (cum verteris æquora) messes.
 Protinus in sese conuersa furoribus ibit
 Cuncta phalanx, atq; ipse fremens mirabitur, & me
 Respiciet fortasse pater. sic deinde locuta
 Iam magis atq; magis mentem super alta ferebat
 Aequora, pandentes Minyas tam vela videbat
 Se sine, tum vero extremo percussa dolore
 Arripit Aesoniden dextra, ac summissa profatur.
 Sis memor oro mei, contra memor ipsa manebo
 Crede tui, quantum hinc aberis dic quęso? profundi

LIB. VII.

Quod cœli spectabo latus? sed te quoq; tangat
 Cura mei quocunq; loco, quoscunq; per annos.
 Atq; hunc te meminisse velis, & nostra fateri
 Munera, seruatum pudeat nec virginis arte.
 Hei mihi cur nullos stringunt tua lumina fletus.
 An me mox merita morituram patris ab ira
 Dissimulas? te regna tuę foelicia gentis,
 Te coniux nateq; manent, ego prodita abibo?
 Nec queror, & pro te lucem quoq; læta relinquam.
 Protinus hospes ad hæc, tacitis nam cantibus illum
 Flexerat, & simili iandudum adflabat amore.

Tunc ait, Aesoniden quicquam te velle relicta Mascrio.
 Credits? & vlla peti sine te loca? redde tyranno tum.
 Me potius, recipe ingratos atq; exue cantus.
 Quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem?
 Si non & genitor te primam amplectitur Aeson?
 Teq; tuo longe fulgentem vellere gaudens
 Spectat: & ad primos procumbit gręcia fluctus?
 Respice ad has voces & iam precor annue coniux.

Per te quę superis, diuisq; potentior imis,
 Perq; hæc ergo tuo redeuntia sidera nutu,
 Atq; per has nostri iuro discriminis horas,
 Vnquã ego sim meriti noctisq; si immemor huius,
 Si te scepra domum, si te liquisse parentes
 Senseris, & mea tum non hæc promissa videntem,
 Tum me non tauros inuict euasisse, ferosq;
 Terrigenas, tum me tectis tua turbet in ipsis
 Flamma, tuęq; artes, nullus succurrere contra
 Ingrato queat, & si quid tu scelus ipsis
 Adicias, meq; in medio terrore relinquas.
 Audit atq; simul meritis periuria poenis
 Despondet questus semper furor vltus amantis.

ARGO. III

Hęc ubi dicta, tamen perstant defixus uterq;
 Et nunc ora leuant audaci læta iuuenta,
 Ora simul toties dulcis rapientia visus,
 Desicit hinc vultus eger pudor, & mora dictis
 Redditur, ac rursus conterret Iasona virgo.
 Accipe perdomitis quę deinde pericula tauris,
 Et quis in Aeolio maneat te vellere custos.
 Nondum cuncta tibi (fateor) promissa peregi.
 Sc̄ior ingenti Mauortis in arbore restat
 Crede labor, quem tanta vtinam fiducia nostri
 Sit mihi, nocturnęq; Hecates, nostriq; vigoris.
 Dixerat, utq; virum doceat, quę monstra supersunt,
 Protinus immensis recubantem anfractibus anguem
 Turbat, & Aemoni subito ducis obicit umbram.
 Ille (quod haud alias stetit) & trepidantia torst
 Sibila, seq; metu postquam sua vellera circum
 Sustulit, atq; omnis spiris exhorruit arbor,
 Incipit inde sequi, & vacuo furit ore per auras.
 Quis fragor hic? quę nam tantę dic virgo ruine
 Exclamat, stricto Aefonides stans frigidus ense.
 Illa trahit ridens, tandemq; ait angue represso.
 Hunc tibi postremum, nostri parat ira parentis
 Heu miser, heu tantis iterum mihi care periclis.
 O vtinam vt nullo te sum visura labore
 Ipsam cęruleis squallentem nexibus ornum
 Ipsaq; peruigilis calcantem lumina monstri,
 Contingat vix deinde mori. sic fata profugit,
 Seq; sub extremis in incenia rettulit umbris.
 Et iam puniceo regem spes vna sub ortu
 Extulerat. quantis nox vna diremerit vndis
 Aefoniden Tibarine fretis, iam vultus aperto.
 Utq; prius totum fileat mare, dumq; ea longe
 Explorare queat. contra venit Arcas Echion

s. anguis

*alii legunt
vna.*

* 

L I B. VII.

Dicta ferens iam Circeis Mauortis in agris
Stare virum, daret cripedes in prelia tauros.

En vocor en vitro dixit, spesq; addidit aula.

Vos mihi nunc primū in stānas, mihi vertite tauri

Aequora, nunc totas aperite & voluite flammās.

Exeat Aemonio messis memoranda colono,

Tuq; tuum partim' Graium da nata draconem.

Ipsius aspectu pereant in vellera, & ipsa

Terga mihi diros seruent infecta cruores.

Fatur, & effusis pandi iubet equora tauris.

Pars & Echionii subeunt immania dentis *i. theboni.*

Semina, pars diri portant graue robur aratri.

At sua magnanimum contra Pagasea iuuentus *i. thesala*

Prosequitur speciosa ducem, tum maxima quisq;

Dicta dedit, seiusq; procul discessit in agros.

Fixerat ille gradus, totoq; ex agmine solus

Stabat, vt extremis desertus ab orbibus axis,

Quem iam lapsa dies Austricq; ardentis harenę,

Aut quem Rhipheas extantem rursus ad arces

Nix & cęrulei Boreę ferus abstulit horror.

Cum subito attonitū, longissima Phasidis vnda, */ 8 /*

Caucaseq; trabes, omnisq; Aetia tellus

Fulsit & ardentes stabula effudere tenebrę.

Ac velut ex ima si quando nube corusci

Ira Iouis torfit geminos mortalibus ignes,

Aut duo cum pariter ruperunt vincula venti,

Dantq; fugam, sic tunc claustris euasit vterq;

Taurus, & immani proflauit turbine flammās

Ardius, atq; atro voluens incendia fluctu.

Horruit Argoę legio ratis, horruit audax

Qui modo virgineis seruari cantibus Idas *f. Jasonem.*

Flebat, & inuito prospexit Colchida vultu.

i. medeom

Maseri?
tuq; tuum
partim.

Ellensis,
leuos.

nonopuedo

caasta

Yafuricvuenprin. ad q' ne Rure C. tancaan coe in do como q' y fombuna lchiquillo

ARGO, VII

Non tulit ipse moras, seseq; inimis Iason,
 Diuerfos postquam ire videt, galeamq; minantem
 Quassat, & errantem dextra ciet obuius ignem.
 Ut tandem stetit, & toruo se lumine flexit,
 Qui prior aduersi respexit Iasonis arma,
 Cunctatus paulum subito furit. equora non sic
 In scopulos irata ruunt, eademq; recedunt
 Fracta retro. bis fulmineis se flatibus infert,
 Obnubiq; virum, sed non incendia Colchis
 Adspirare sinit, clypeoq; illiditur ignis
 Frigidus, & viso pallefcit flamma veneno.
 Iniicit Aesonides dextram, atq; ardentia mittit
 Cornua, dein totis propendens viribus heret.
 Ille virum atq; ipsam tunc te Medea recusans
 Concutit, & tota nitentem carminis ira
 Portat iners. tandem grauius mugire recedens
 Incipit, & fesso victus descendere cornu.
 Respicit hinc socios immania vincula poscens
 Aesonides, iamq; ora premit, trahiturq; trahitq;
 Obnixusq; genu superat, cogitq; trementes
 Sub iuga aena toros. alium dehinc turbida Colchis
 Exarmat, lentumq; offert, timideq; minantem.
 Iamq; propinquant noctem implicat, ille fatiscens
 In caput inq; humeros ipsa vi molis & irę
 Proruit, inuadit, totusq; incumbit Iason
 Desuper, atq; suis defixum flatibus vrget.

Utq; dedit vinclis, validoq; obstinxit aratro
 Suscitatur ipse genu, seuq; agit insuper hasta.
 Non secus ac medio quam si telluris hiatu
 Terga recentis equi, primumq; inuasit habenis
 Murmur, & in summa Lapithes apparuit Ossa.
 Ille velut campos Libyes, ac pingua Nili

Lilientis. cum.

LIB. VII.

Fertilis arua fecet, plena sic femina dextra
 Spargere gaudet agris, oneratq; noualia bello,
 Martius hic primum ter vomere fufus ab ipfo
 Clangor, & ex omni fonuerunt cornua fulco,
 Bellatrix tunc gleba quatit, pariterq; creati,
 Amariq; phalanx, totisq; infurgere campis.
 Ceffit, & ad focios paulum fe rettulit heros
 Opperiens, vbi prima daret fibi germina tellus.
 At vero vt fummis iam rura recedere criftis
 Vidit, & infesta vibrantes caffi de terras,
 Aduolat, atq; imo tellus qua proxima collo,
 Nec dum humeri videre diem, prior enfe fequaci
 Aequat humo trunfos rutilum thoraca fequentis
 Aut primas a matre manus premit obuius ante
 Nec magis aut illis, aut illis milibus vltra
 Sufficit, ac' dire quam cum Tyrinthius Hydre
 Agmina Palladios defeffus respicit ignes
 Ergo iterum ad focias conuertere Colchidos artes,
 Et galee nexus ac vincula diffipat ime.
 Cunctaturq; tamen, totiq; occurrere bello
 Ipfe cupit, fpes nulla datur, fic vndiq; denfant
 Terrigenę, iam figna, duces, clamore, tubęq;
 Iamq; omnes videre virum, iamq; omnia contra
 Tela volant, tum vero amens discrimine tanto,
 Quam modo Tartareo galeam Medea veneno
 In medios torfit, conuerfe protinus hafte.
 Qualis vbi extimulat mœfte Phrygia agmina matris
 Ira, vel exectos lacerat bellona comatos,
 Haud fecus accenfas fubito Medea cohortes
 Implicat, & miferos agit in fua prelia fratres,
 Omnis vbi Aefonidea fterni putat, omnibus ira
 Talis erat, fupet Aetes, vltroq; furentes

Liltentis.
 ad.

Liltentis.
 clamorę.

Maseri.
 comanos.

ARGO.

Ipse viros reuocare cupit, sed cuncta tacebant
 Agmina, nec quisquam primus ruit, haud super vllus
 Linquntur, atq; hausit subito sua funera tellus.
 Protinus in fluium fumantibus euolat armis
 Aesonides, qualis Gethico de puluere Mauors
 Intrat equis, vritq; grauem sudoribus Hebrum.
 Aut niger ex antris, rutilq; a fulminis estu
 Cum furit, & Siculo respirat in equore Cyclops.
 Redditus hic tandem, sociosq; amplexus ouantes,
 Haud tam mendacem promissa reposcere regem
 Dignatur, nec si ipse sibi terga ingerat vltro
 Qui pepigit, velit in pacem dextramq; reuerti
 Amplius, ambo truces, ambo abscessere minantes,

FINIS.

G. VALERII FLACCI SE-

TINI BALBI ARGO

NAVIGON LI-

BER OCTA-

VVS.



Q Trepidam in thalamis etiam sua fa-
 sta pauentem

Colchida circa omnes pariter furicq;
 minicq; (ris vltra,

Patris habent, nec cerulei timor equo

Nec misere terra vlla procul, quascunq; per vndas

Ferre fugam, quacumq; cupit iam scandere puppem.

Vltima virginis tunc flens dedit oscula vittis,

Quosq; fugit complexa thoros, crinemq; genascq;

Ante per antiqui carpsit vestigia somni.

Atq; hæc impresso genuit miseranda cubili,

O mihi si profugæ genitor nunc ille supremos

Amplexus Aeeta dares, fletusq; videres

Ecce meos, ne crede pater, non carior ille est,

Quem sequimur, tumidis vtinã simul obruar vndis.

Tu precor hæc longe placidus mox sceptrâ senectæ

Tuta geras, meliorq; tibi sit cætera proles.

Dixit, & Aemonio nunquam spernenda marito

Condita lethiferis prodit medicamina cistis,

Virgineosq; sinus, ipsumq; monile venenis

Implicat, ac scinum super omnibus addidit ensen.

Inde velut torto furiarum erecta flagello

Profilat, attonito qualis pede profilit Ino *mater fuit p hœxi et*

In freta, nec parui meminît conterrita nati, *uxor albomantis.*

Quem tenet extremum, cõiux, ferit' irritus isthmo, *Lilientis.*

Iam prior in lucos curis vrgentibus heros *fuit.*

Venerat, & nemoris sacra se nocte tegebat, *i. Jason*

Tum quoq; siderea clarus procul ora iuuenta,

Qualis adhuc sparsis comitum per lustra cateruis

Latmius æstiuâ residet venator in vmbra, *i. indimion. perciptrasi.*

Dignus amore dec, velatis cornibus & iam *est.*

Luna venit, roseo talis per nubila ductor

Implet honore nemus, talemq; expectat amantem.

Ecce autem pauide virgo de more columbæ, *i. medea.*

Quæ super ingenti circundata præpetis vmbra

In quencunq; tremês hominem cadit, haud fecus *illa*

Acta timore graui mediam se misit, at ille

Excepit, blandoq; prior sic ore locutus,

O decus in nostros magnum ventura penates,

Solaq; tantarum virgo haud indigna viarum

Causa reperta mihi, iam iam non vlla requiro

Vellera, teq; meq; satis est vexisse carinæ,

Verum age & hoc etiam, quando potes, ad tace tantis
 Muneribus meritisq; tuis, nanq; aurea iussi
 Terga referre fumus, socios ea gloria tangit.
 Sic ait, & primis supplex dedit oscula palmis,
 Contra virgo iterum notis singultibus orsa est.

Linq; domos patrias te propter, opesq; meorū,
 Nec iam nunc regina loquor, sceptrisq; relictis
 Vota sequor, serua hanc profuge, prior ipse dedisti
 Quam scis nempe fidem, dii nostris vocibus adfuit,
 Sideraq; hęc te meq; vident, tecum equora, tecum
 Experiar quascunq; vias, modo nequis abactam

Huc referat me forte dies, oculisq; parentis
 Ingerat, hoc superos, hoc te quoq; deprecor hospes,
 Hęc ait, atq; furens rapido per deua passu
 Tollitur, ille hęcet comes, & miseratur euntem,

Cū subito ingentem media inter nubila flāmam
 Conspicit, & sęua vibrantes luce tenebras,
 Quis rubor iste poli? quod tam lugubre refulsit
 Sidus ait: reddit trepido cui talia virgo,

Ipsius en oculos, & lumina torua draconis
 Aspicit, ille suis hęc vibrat fulgura cristis.
 Meq; pauens contra solam videt, adiocat vltro,
 Ceu solet, & blanda poscit me pabula lingua,
 Dic age nunc vtrum vigilantem, hostemq; videntem
 Exuuias auferre velis? an lumina somno

Mergitur, & domitum potius tibi tradimus anguē:
 Ille, silet tantus subiit vt virginis horror,
 Iamq; manus Colchis, crinemq; intenderat astris
 Carmina barbarico fundens pede, teq; ciebat
 Sōne pater, somne omnipotens te Colchis ab omni
 Orbe voco, inq; vnum iubeo nunc ire draconem,
 Quę freta sępe tuo domui, quę nubila cornu,

LIB.VIII.

Fulminaq; & toto quicquid micat æthere, sed nunc
 Nunc age maior ades, fratrisq; simillime letho.
 Te quoq; Phryxæ pecudis fidissime custos
 Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
 Quem metuis me instate dolum? seruabo parumper
 Ipsa nemus, longum interea tu pone laborem.
 Ille haud Aeolio discedere fessus ab auro
 Nec dare permiffæ (quamuis iubet) ora quieti
 Sustinet, ac primi percussus nube soporis
 Horruit, & dulces excussit ab arbore somnos.
 Contra Tartareis Colchis spumare venenis,
 Cunctaq; lethæi quassare silentia rami
 Perstat, & aduerso luctantia lumina cantu
 Obruit, atq; omnem linguaq; manuq; fatigat
 Vim Stygiam, ardentes donec sopor occupat iras.
 Iamq; altè cecidere iube, nutatq; coactum
 Iamq; caput, atq; ingens extra sua vellera ceruix.
 Ceu refluxus Padus, aut septem proiectus in annes
 Nilus, & Hesperium veniens Alphæus in orbem.
 Ipsa caput cari postquam Medea draconis
 Vidit humi, fuffis circum proiecta lacertis,
 Seq; suumq; simul fleuit crudelis alumnum.
 Non ego te fera talenta sub nocte videbam
 Sacra ferens, epulasq; tibi, nec talis hianti
 Mella dabam, ac nostris nutribam fida venenis.
 Quam grauida nunc mole iaces, quam segnîs inertè
 Flatus habet, nec te saltem miserande peremi.
 Ne sequum passure diem, iam nulla videbis
 Vellera, nulla tua fulgentia dona sub vmbra.
 Cede deo, inq; aliis sentium nunc digere lucis
 Inmemor oro mei, nec me tua sibi lato
 Exagitent infesta mari, sed tu quoq; cunctas

Aesonide dimitte moras, atq; effuge raptis
 Velleribus, patrios extinxi noxia tauros,
 Terrigenas infesta dedi, fufum ecce draconis
 Corpus habes, iamq; omne nefas, iam fpero peregre
 Querenti tunc deinde viam, qua fe arduus heros
 Ferret ad aurigerę caput arboris, eia per ipfum
 Scande age, & aduerfo gressus, ait, imprime dorso.
 Nec mora fit dictis, fidens Cretheia proles
 Calcat, & aeream quamuis perfertur ad ornum,
 Cuius adhuc rutilam feruabant brachia pellem
 Nubibus accensis similem, aut cum veste recincta
 Labitur ardenti Thaumantias obuia Phœbo.
 Corripit optatum decus, extremumq; laborem
 Aesonides, longosq; sibi gestata per annos
 Phryxę monumenta fuge vix reddidit arbor
 Cum gemitu, tristesq; super coiere tenebrę
 Egressi relegunt campos, & fluminis ora
 Summa petunt, micat omnis ager, villisq; comant
 Sidereis totos pellem nunc fundit in artus,
 Nunc in colla refert, nunc implicat ille finiftra
 Talis ab Inachijs Nemeę Tiryntius antris
 Ibat adhuc aptans humeris capitq; leonem
 Vt vero focis, qui tunc predicta tenebant
 Hostia, per longas apparuit aureus umbras,
 Clamor ab Aemonio surgit grege, se quoq; gaudens
 Promouet ad primas iuueni ratis obuia ripas.
 Precipites agit ille gradus, atq; aurea misit
 Terga prius, mox attonita cum virgine puppem
 Infilat, ac rapta victor consistit in hasta.
 Interea patrias seuus venit horror ad aures
 Fata domus, luctumq; ferens, fraudemq; fidemq;
 Virginius. hinc subitis inflexit frater in armis,

LIB. VIII.

Urbs etiam nox tota coit, volat ipse senectę
 Immemor Aetes, complentur litora bello
 Nequicquam, fugit inimicis nam puppis habenis.
 Mater adhuc ambas tendebat in equora palmas,
 Et soror, atq; omnes alię matresq; nurusq;
 Colchides, equalesq; tibi Medea puellę.
 Extat sola parens, impletq; vlulatibus auras.

Siste fugam, medio refer huc ex equore puppę.
 Nata potes, quo (clamat) abis? hic turba tuorum
 Omnis, & iratus nondum pater. hec tua tellus
 Sceptraq; quid terris solam te credis Acheis?
 Quis locus Inachias inter tibi Barbara natas?
 Ista ne nota domus? expectatiq; Hymenę?
 Hunc petii grandęua diem? vellem vnguibus vncis
 Vt volucris possem predonis in ipsius ora
 Ire, ratemq; supra, claroq; reposcere cantu
 Quam genui, Albano fuit hec promissa tyranno,
 Non tibi, nil tecum miseri pepigere parentes
 Aesonide, non hoc Pelias euadere furto
 Te iubet, aut vllas Colchis abducere natas.
 Vellus habe, & nostris siquid super accipe templis.

Sed quid ego quenquā immeritis incuso querelis?
 Ipsa fugit, tantoq; (nefas) ipsa ardet amore.
 Hoc erat infelix (redeunt nam singula menti,)
 Ex quo Thesalici subierunt equora remi,
 Quod nullę te nata dapes, non vlla iuuabant
 Tempora, non vllus tibi tum color, egraq; verba,
 Errantesq; genę, atq; alieno gaudia vultu
 Semper erant. cur tanta mihi non prodita pestis,
 Vt gener Aesonides nostra consideret aula?
 Nec talem patere fugam? commune fuisset,
 Aut certe nunc omne nefas, iremus & ambe

ARGO.

In quascunq; vias, pariter petiisse iunaret
 Thessalian, & sc̄ui quęcunq; est hospitii urbem.
 Sic genitrix similiq; implet soror omnia questu.
 Exululans, famulę pariter clamore supremo
 In vacuos dant verba notos, dominamq; reclamant
 Nomine, te venti procul & tua fata ferebant.
 Inde diem, noctemq; volant, redeuntibus aura
 Gratior, & notę Minyis transcurrere terre,
 Cum subito Erginus puppi sic fatur ab alta.
 Vos ait Aefonide contenti vellere capto,
 Nec via quę superet, nec quę fortuna videtis.
 Crastina nanq; dies trucidis ad confinia ponti
 Cyaneasq; vocat, meminiq; o Tiphy tuorum
 Saxa per illa pater, memini venerande laborum.
 Mutandum o socii nobis iter, altera ponti
 Eluctanda via, & cursu, quem fabor, eundum est.
 Haud procul hinc ingens Scythici fuit exitus Istris.
 Fundere non vno tantum quem flumina cornu
 Accipimus, septem exit aquis, septem hostia pandit.
 Illius aduersi nunc ora petamus & vndam,
 Quę latus in leuum ponti cadit, inde sequemur.
 Ipsius amnis iter, donec nos, flumine certo
 Perferat, inq; aliud reddat mare, sint age tanti
 Aefonide quęcunq; more, quam sc̄ua subire
 Saxa iterum, quam Cyaneos perumpere montes.
 Sat mihi non totis Argo redit ecce corymbis.
 Hęc ait ignarus fixas iam numine rupes
 Stare, neq; aduersis vltra concurrere faxis.
 Reddidit Aefonides, & te fidissime rector
 Haud vani tetigere metus, nec me ire recuso
 Longius, & cunctis redeuntem ostendere terris.
 Protinus inde alios flectunt regesq; locosq;

LIB. VIII.

Adfuetumq; petunt plauferis migrantibus equor.
 Puppe procul summa vigilis post terga magistri
 Hæserat, aurate genibus Medea Mineræ.
 Atq; ibi deiecta residens in lumina palla
 Flebat adhuc, quâquam Aemoniis cum regibus iret,
 Sola tamen, nec coniugii secura futuri.
 Illam Sarmatici miserantur litora ponti.
 Illa Thoanteq; transit deflexa Dianæ.
 Nulla palus, nullus Scythiæ non inceret euntem
 Annis, Hyperboreas mouit conspecta pruinas
 Tot modo regna tenens, ipsi quoq; inurmura poti *Maseri?*
 Iam Minyæ iam ferre volunt, vix alleuat ora *murmura,*
 Ad feras siquando dapes, quas cæcus Iason
 Ipse dabat, iam nubiferam transire Carambin
 Significans, iam regna Lyci, totiesq; gemetem
 Fallit, ad Aemonios hortatur surgere montes.
 Insula Sarmaticæ Peuce stat nomine Nymphæ,
 Toruus vbi & ripa semper metuendus vtraq;
 Infreta per senos Ister descendit 'alumnos'. *Maseri?*
 Soluere in hoc tandem resides dux litore curas, *Blanos.*
 Ac primum socios ausus sua pacta docere.
 Promissamq; fidem thalami, foedusq; iugale.
 Vltro omnes læti instigant, meritamq; fatentur.
 'Ipsa' autem inuite iam Pallados erigit aras, *Allicensis.*
 Incipit Idaliæ munen nec spernere diuæ. *ipse.*
 Præcipueq; sui, siquando in tempore pulcher,
 Coniugii Minyas nunquam magis eminet inter.
 Qualis sanguineo victor Gradus ab Hebro
 Idalium furto subit, aut dilecta Cythera.
 Seu cum coelestes Alcide inuisere mensas
 Iam vacat, & fessum, Iunonia sustinet Hebe.
 Adsiunt vnanimes Venus hortatorq; Cupido.

Suscitata affixam moestis Aetida curis,
 Ipsa suas illi croceo subtegmine vestes,
 Induit, ipsa suam duplicem Cytherea coronam
 Donat, & aristas alta cum virgine gemmas.
 Tum nouus impleuit vultus honor, ac sua flans
 Reddita cura comis, graditurq; oblita malorum,
 Sic vbi Mygdontos planctus facer abluat Alino,
 Letaq; iam Cybele, festeq; per oppida teq;
 Quis modo iam seuos adytis fluxisse cruores
 Cogitet? aut ipsi qui iam meminere ministri
 Inde vbi sacrificas cum coniuge venit ad aras
 Aesonides, vnaq; adeunt, pariterq; precari
 Incipiunt, ignem Pollux vindamq; iugalem
 Pretulit, vt dextrum pariter vertantur in orbem,
 Sed neq; se pingues tum candida flamma per auras
 Explicuit, nec thura videt concordia Mopsus,
 Promissam nec stare fidem, breue tempus amorum.
 Odit vtrunq; simul, simul & miseratur vtrunq;
 Et tibi iam nullos optauit barbara natos
 Mox epulas & sacra parant siluestria lecti,
 Praemia venatu facili quaesita superiunt,
 Pars veribus, pars vndanti despunat ahenis.
 Gramineis ast inde thoris discumbitur, olim
 Ister anhelantem Peucen quo presserat antron.
 Ipsi inter medios rosea radiante iuuenta
 Altius, inq; sui sternuntur velleris auro.
 Quis nouus inceptos timor impedit Hymeneos?
 Turbauitq; thoros? & sacra calentia rupit?
 Absyrtus subita preceps cum classe parentis
 Aduchitur, profugis infestam lampada Graitis
 Concutiens, diramq; premens clamore sororem.
 Atq; hanc o si quis vobis dolor traq; Colchida

LIB.VIII.

Adcelerate viam, neq; enim fugit equore raptor
 Iuppiter, aut falsi sequimur vestigia tauri.
 Puppe (nefas) via predo Phryxæa reportat
 Vellera, qua libuit remeat cum virgine nobis
 (O pudor) & muros & stantia testa reliquit.
 Quid mihi deinde satis? nec quæro vellera, nec te
 Accipio germana datam, nec fœderis vlla
 Spes erit, aut iræ quisquam modus. inde reuertit
 Patris ad ora mei tam paruo in tempore fas sit
 Quinquaginta animæ me scilicet, vnaq; mersa
 Sufficiet placare ratis: te Græcia fallax
 Persequor, atq; tuus hunc quæso incensibus ignem,
 Nec tibi digna soror desum ad connubia frater,
 Primus & ecce fero, quatioq; hanc lampada vestro
 Coniugio, primus celebros dotalia sacra,
 Qui potui, patriæ veniam da quæso senectæ.
 Quin omnes alti pariter populicq; patresq;
 Mecum adsunt, magni virgo ne regia solis
 Aemonii thalamos adeas despecta mariti,
 Tot decuit coisse rates, tot fulgere tædas.
 Dixerat, itq; orans iterum ventosq; virosq;
 Perq; ratis supplex vox remigis illa magistros.
 Illi autem intorquent truncis frondentibus vnam.
 Quæq; die fuerat raptim forinata sub vno,
 Et tantum deiecta suis a montibus arbor,
 (Quid dolor & veterum potuit non ira virorum?)
 Haud longis iam distat aquis, sequiturq; volentem
 Barbara Palladium puppem ratis, hostia donec
 Danubii, viridemq; vident ante hostia Peucen,
 Vltimæq; agnoscunt Argoi cornua mali.
 Tum vero clamorem omnes, inimicæq; tollunt
 Gaudia, tum grauior remis fragor, vt procul Argo

ARGO.

Vifa viris, vnamq; petunt rostra omnia puppem.
 Princeps naualem nodosi roboris vncum
 Adripit, & longa Styruſ prospectat ab vnda,
 Coniugio atq; iterum ſponſe flammatus amore.
 Iamq; alii clypeos & tela trabalta dextris
 Expediunt, armant alii picis vngvine flammis.
 Impatiens tremit haſta more, nec longius inter
 Quam quod tela vetet, ſupereſt mare. vocibus vrget
 Interea, & pedibus pulſant tabulata frementes.
 Cum ſubitas videre rates, vibrataq; flammis
 Aequora, non vna Minyę formidine ſurgunt.
 Primus & in puppem deſerta virgine ductor
 Proſilit, & ſumma galeam rapit altus ab haſta,
 Enſe ſimul clypeoq; micat, nec cętera pubes
 Segnius adreptis in litore conſtitit armis,
 At tibi quę ſclerum facies Medea tuorum?
 Quis ve pudor Colchos iterum fratremq; videnti?
 Quicquid & abſciſſum vaſto iam tuta profundo
 Credideras: ergo infauſto ſeſe occulit antro
 Non aliud quam certa mori, ſeu carus Iafon,
 Seu frater Graia victus cecidiſſet ab haſta.
 Haud ita ſed ſummo ſegnīs ſedet çthere Iuno
 Haud ſinit extrema Minyas decernere pugna,
 Nec numero quoniam Colchis nec puppibus çquos.
 Ergo vbi diua rates hoſtemq; accedere cernit,
 Ipa ſubit terras, tempeſtatunq; refringit
 Ventorumq; domos, volucrum gens turbida fratru
 Erumpit, claſſem dextra Saturnia monſtrat
 Videre, inq; innum pariter mare protinus omnes
 Infeſto clamore ruunt, inimicaq; Colchis
 Ρυομένη, καὶ γαῖαν ἰωλχίδα.

Tunc citharam pulsans proles Oeagriæ, vates
 Suauiloquus, celebrat facunda voce Dianam.

Quæ scopulos illos veteremq; tuetur Iolchon.

Et cōmentator. Dianam laudat, quoniam is locus Dia-
 næ est sacer. quod autem dixi Tifæum promontorium esse
 Magnesiæ, idem affirmat, dicens. Tifæum promontoriū
 Magnesiæ. quibusdā Thesprotiæ. nec ignoro ab Orphæo
 Piffæum seu potius Pessæum. ff. gemina, promontorium
 recēseri, inter ea loca, p̄ q̄ iter faciēbāt Argonautæ, dicēte.

Orphæus.

Πεσῶαίν δ' ἀπέκρυφθεν ἄκρην, καὶ σκοπιᾶς ἀκρῆ.

Arcem Pessæam abscondunt, & Sepias illis inquitur.

Verum cum Valerius in eo loco Apollonum, non Or-
 phæum exprimere voluerit, nemo non videbit ita, vt mo-
 nuimus, legendum esse.

Valerius.
 Apolloni⁹.
 Orphæus.

In Valerium Flaccum

Annotatio. xiiii.



Eutioris multo illud quod paulo post sequitur, est momenti ac pōderis, meo tamē iudicio non omitendū. at non experti subitū cum luce fugata horruit imbre dies? Verba sunt Typhis Argonautas confirmātis, & eos nō sine volūtate ac numi ne deorū iter facere augurantis, in cuius rei argumētū verba loquitur, quę recitauimus, quę cū per interrogatiōnē sunt proferenda, quis nō videbit nō, at, sed an, scribendū esse? cum at nequaquā sit interrogatiōni apta, nisi aduersā sequenti p̄cedat sententia, qđ in eo loco nō fit. quin & ipse cōmentator hoc idem sentire videtur, cū verba ea ex ponit dicēs, nōne id experti sumus? quū orta tempestate Palladis ope rectum tenuimus clauum?

Annotatio. xv.



T Actęus niteat qua luce Bootes. nisi Arctous legendum sit, Actęum, ait commentator, appellari propter viciniam. ego certe nescio, quę adeo propinqua vicinitas sit inter Atticam terram, & eam, quę subiecta est septentrioni, vt inde vel Vrsę, vel Arctophylax possint cognomentum mutuari. Quare nō ex ea causā, vt ego sentio, Bootę poeta dixit Actęū, sed quia, vt Iulius Higinius lib. ii. scribit, nōnulli Bootę dixerūt fuisse Icarum Atheniensem Erigones patrē, qui cū a Libero patre vinū accepisset, statim vtres plenos in plaustrū imposuisset dicitur, atq; ex hac re Bootes appellatus esse, & cū Atticorum fines perābulans vinum pastoribus ostenderet, atq; eorū nōnulli auiditate pleni, nouo genere potus inducti, somno opprimerētur, mēbraq; huc illuc fēde & indecore iactarēt, verbaq; loquerētur, haud sanę prorsus mētis, reliquit eorū venenū pastoribus ab Icaro datū arbitrati, cum interfece runt, quem postea Iuppiter simul cum Erigione filia, quę

Higinius.

necis paternę dolore confecta suspendio vitam finierat, ca-
nem etiam nomine Meram inter astra collocauit, atq; Ica-
rum Bootem, Erigonę virginę, canem vero sua appellatio-
ne caniculā nominarunt. ab aliis creditur hic idem fuisse
Arcas ex Galysto Lycaonis filia natus, inter quos Aratus
in phęnomenis. ab aliis Orion dicitur, vt scribit Arati cō-
mentator. Valerius igitur primā secutus opinionē, Actęū
appellauit Bootem ad Icarū alludens, nihil enim magis fa-
miliare poetis, q̄ fabulas & historias ex cōmodo suo per-
uertere, sicut in Vrsis quoq; quas multi Galysto cum Ar-
cade filio dicunt esse. nō pauci, vt & Aratus Iouis nutriti-
ces fuisse autumant. in Serpente quoq; qui eas cingit. in
Aquario & aliis plurimis, atq; in vulgatorib⁹ adhuc, quę ad
modū illud est qđ de Tantalō dicitur, quē cum Homerus
libro. xi. Odyssę, & omnes latini poetę, pręter Lucretiū,
si recte meminim⁹ pœna omnibus notissima torqueri dicant,
Alcman, Archilochus, Euripides, Pindar⁹, Alceus, saxū in
mēse magnitudinis supra caput ei⁹ pēdere, ipsumq; in aere
suspēsum miserabili timore affici scribūt, atq; hui⁹ pœnę
alias alii causas suggerūt.

Aratus.

Arati inter
pres.
Galericus.

Aratus.

Homerus.

Lucreti⁹.

Alcman.
Alceus.
Archiloch⁹
Euripides.
Pindarus

Annotatio. xvi.

Aulo post, raras & litus in altū mittit aues, cū pri-
mus equis exegit anhelis Phœb⁹ Athon. nescio an
melius quā raras, raucas legeretur. i. sonoras vel cla-
mosas, significat etiā id nomē, pręter notā & obuiā omnib⁹
significationē, aliquādo sonorum & vocale, vt apud Vergi-
liū. vii. Aeneidos libro, aeriā sed gurgite ab alto vrgeri vo-
lucrū raucarū ad litora nubē. aliquādo clamosum, vt apud
Iuuenalē, vexatus toties rauci Theſeide Codri. qđ Seruius
notat dicēs, raucum esse τὸ μέσον. Viderint etiā docti an
mel⁹ Atho, quā Athon legatur, qđ ego in medio relinq̄,
cū nō parū sup hoc eruditi sane viri fuerint digladiati.

Vergili⁹.

Iuuenal.
Seruius.

In Valerium Flaccum

Annotatio. xvi.



Astemus in populos vates Samothracia diuum,
Missa mane, sacrisq; metum feruemus opertis.

Fecit me hic locus (fateor) subdubitare, an
xie disquirentem, quid sibi ea poetæ nostri ver-

Maseri. ba vellent. nam ea quæ Maserius hallucinans dicit, hunc
locum meo iudicio non tam explicare quàm implicare, non
tam expedire quàm irretire videntur. sed cum intelligerem

Apolloni. multa a Valerio ex Apollonio sumpta, quæ si grecû Apol-
lonii opus non legatur, haud facile possunt intelligi, ad
hunc protinus recurrendum mihi statui, perlestoq; loco,
vbi eandem rem Apollonius exequitur, inueni verum esse
id, quod antea fueram opinatus. Is enim similiter & Ar-
gonautas ad Samothraciam venisse, & Cabirorum myste-

Orpheus. ria didicisse scribit, quod Orphæi monitu factitatum, &
Apolloni. Apollonius, & Orpheus affirmant, quorum prior hæc.

Ἐπείριαι δ' ὄρφνης ἐφημοσύνησιν ἔκελσαν
Νῆσον ἐς ἡλέκτρης ἀτλαγτίδος, ὄφρα δάεντες
Ἀρρήκτους ἀγανῆσι τελεσφορίησι θέμισας
Σωότεροι κρυέσσαν ἰπῆρ' ἄλα ναυτίλλοιτο. 1.

Vespere diuini monitu ratis attigit Orphæi
Electræ terram, Samothracen nomine dicunt.

Quo secreta deum heroes mysteria docti
Tuti equoreos fluctu vndasq; secarēt. Posterior vero hæc.

Orpheus. Πελλήνηντ' εὐρεΐαι, ἰδὲ Ζαθέην σαμοθρήνην.
Εἴνα καὶ ὄρνια φρικτὰ θεῶν ἀρρήκτὰ βροτοῖσιν

Ἄσμενοι εἶσεπέροισιν, ἐμῆς ὑποθήμοσύνησιν ἦρωες. 1.
Et post Pallenen petitur Samothracia tellus.

Sacra deum hic horrenda, viris ignota profanis
Nostris parentes monitis adiere libenter heroes.

Est autem Samothracia insula in mari Aegeo, e regione Thraciae posita, ut scribit Mela Pomponius, a Lemno XXII. M. D. distans Plinio teste, quam Callimachus atque Diodorus Siculus dardaniam nominant. Fuit autem prius Leucofia dicta, ut scribit Aristoteles, postea a Sao Mercurii & Rhegae filio interiecta. m. dicta est famos, inde Thracibus eam incolentibus appellata est Samothracia. colebantur in eadem quidam Cabiri nuncupati, quorum sacra in vulgus esse ferre piaculum erat, quae a Pelasgis, iis qui cum Atheniensibus una habitaverunt, mutatos esse Samothracas, scribit Herodotus secundo historiarum libro. his sacris si quis initiabatur, mirabile in iis deis praesidium habere credebat, & in mari & in bello, multoque melior ac iustior fieri prorsus existimabatur, atque impetrare quicquid honeste optaret. quare & Agamemnonem & Menelaum his sacris initiatos, scribit Apollonii interpres. Orpheum, Pollucem, Castorem, Iasonem, atque Herculem, Diodorus. de deorum autem numero varia est inter scriptores opinio, Mnaseas tres ponit, Axierum, Axiocersam, Axiocersum, id est Cererem, Proserpinam, Plutonium. addit quartum Dionysodorus, Casmilum nomine, quem Mercurium interpretatur. alii duos tantum fuisse Cabiros autumant, Iouem natu grandiore, minore vero Dionysium. Athenion vero ait ex Ioue & Electra natos esse Iasionem, & Dardanum, qui Cabiri sunt appellati. fuit autem Electra, Atlantis, & Pletones filia, quae Corinthi Italiae regis uxor fuit, deinde in Samothraciam profecta, ibi habitavit, appellataque est ab indigenis Strategis, atque Electrione, ut testatur Hellanicus. genuit autem tres liberos Dardanum, quem Poliarchem indigenae vocitarunt, & Eetionem, quem Iasionem seu Iasium, ut Diodorus. qui secundum aliquos, eo quod impie in Cererem inueheretur fulmine percussus interit, Diodorus vero in concilio caelestium

Idemponi?
Plinius.
Callimachus?
Diodorus.
Aristoteles.

Herodotus?

Apollonii
interpres.
Diphilus.
Diodorus?
Mnaseas.

Dionysodorus,

Dionysus?
Athenion.

Electra.

Hellanicus

Diodorus

Diodorus

In Valerium Flaccum

collocatum scribit, tertiā peperit Harmoniam Cadmi vxo
 rem, quam de matris nomine Electridas (seu cum Pindaro
 & Papinio Electras) portas Thebarum dixisse existimant
 Hellanicus, & Idomeneus troicorum scriptores. hec dixisse
 non ab re fuerit, vt ea, quæ breuiter Valerius perstringit,
 intelligatur. sed vt ad locum nostrum redeam, videbis ipse
 quam mera insomnia interpres cōminiscatur, sensum va-
 riis interpretationibus confundens, quem verba Apollo-
 nii, quantum ego existimo, apertum faciunt, atq; manife-
 stum. nos ergo ex Apollonii verbis ita intelligimus. poe-
 tam cum dixisset, Argonautas a Thyote Cabirorum sacer-
 dote & hospitio acceptos, & arcanas deorum ceremonias
 edoctos, videreturq; debere, vt poetis est moris, subiunge-
 re, quæ essent illa deorum sacra, significare se ab enuncia-
 tione sacrorum abstinere, cum, vt dixi, nefas esset, canisi
 initiatis efferri. sensus itaq; erit simplex, facilis, & exposi-
 tus. hactenus in populos dictum sit, quando cetera dicere
 nefas est. at tu Samothracia, deorum vates missa mane. i.
 missam te facio, quoniam tua sacra celari cum metu & re-
 ligione debent. Quæ verba ex Apollonio sumpta ex his
 ipsius carminibus deprehendes.

Τῶν μὲν ἔτ' οὐ πρότερον μυθήσομαι. ἀλλὰ καὶ αὐτῇ
 Νῆσος ὅμως κεχάροίτο, καὶ οἱ λάχον ὄργια κείνα
 Δαίμονες ἐνναέειν, τὰ μὲν οὐ θέμις ἄμυν ἄειδ' εἶν.

His equidem non plura loquar, tuq; insula diuum
 Missa mane, & valeant quorum hæc sunt orgia sacra
 Demones indigene. nobis ea dicere non fas.

Annotatio. xvii.



Baptista
 Egnatius

Bi ante scriptum erat, inde per armatos Minyis re-
 ferentibus orbes, concussi tremuere rogi. reposuit
 Maferius ex emendatione Baptiste Egnatii, ter ar-
 matos, acute quidem & erudite, quare nulla verba sup hoc

facienda essent, nisi admonendi videretur lectores, Valerium in hoc loco, non tam Vergilium fortasse, aut Homerum, (nam Papinium certum est, cum iisdem fuerint temporibus) quam suum ducem Apollonium fuisse emulatum, qui eiusdem Cizyci mortem celebrans haec verba ponit.

Αὐτὰρ ἴπειτα τρεῖς πόδι χαλκείοις δίχα πένχεσι δινθέντες

Τύμβω ἐνεκρηεῖσθαι ἐπειρήσαντο τ' ἀέλων

Ἡ θέμις ἀπτεδ' ἰον λειμώνιον ἐνδ' ἔτι νῦν περ

Ἐγκέχυται τόδε σῆμα καὶ ὀφιογόοισιν ἰδέσθαι.

Idem etiam libro. iiii. iusta Absyrto reddita describens.

Τρεῖς δ' ἀμφὶ σὺν ἔντεσι δινθέντες

Ἐνεκρηεῖων ἴχοντα χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο.

Annotatio. xviii.



IN eodem raptu Hyle describens ait, hoc puero perfusa modo est. miror interpretis negligentiam, qui locum hunc non aduerterit, atque in suum si bi candorem restituerit, cum nullus huius lectionis sensus possit esse, non frivolutus, & insulsus. tu vero vni literae additione, atque alterius immutatione carmen emendabis, sensumque apertum intelliges, si hoc modo legeris. hoc puero spes fusa modo est. facit hoc incuria negligentiaque librario rum, qui aliquando vel simplicem literam, aut omittentes, aut immutantes longe alium faciunt sensum. quod cum in locis omnibus est periculosum, tum iis praecipue, qui ita peruertuntur, ut aliquis, non omnino ineptus sensus relinquitur, sit tamen ab authoris consilio alienus. qualem iurarem esse locum illum Iuuenalis in sexta satyra. hinc fluxit ad Istros, & Sibaris colles, hinc & Rhodos & Milesos, atque coronatum, petulans, madidumque Tarentum. ubi cum Iuuenalis luxuria maxime notabiles populos, libidinibusque, & voluptatibus deditos, in exemplum referat, nec

Valerius.
Vergilius.
Homerus.
Papinius.
Apollonius.

Juuc. loc.

In Valerium Flaccum

Istri in eorum numerum, & ordinem cogi possint, quippe cum populi sint, qui iam ad septentrionem vergant, qui frigoribus infestentur, quos demum nemo inter tot scriptores luxurię isimulet, reliqui vero luxuriosissimi fuerint, non crederem Iuvenalem, vllam de Istris eo loco mentionem fecisse, quare ego sic legendum existimo, hinc fluxit ad istos & Sibaris colles, hinc & Rhodos & Miletos &c. Sensus autem erit. hinc, idest ex eo quod paupertas romana periit, & Sibaris, idest Sibaritarum luxuria, & Rhodos, & Miletos, & Tarentum idest horum omnium luxuria fluxit ad istos colles, hoc est Romam inuasit, quę super septē colles, vt omnibus notum est, sita erat, septem enim vna sibi muro circūdedit arces. accedit ad hoc, quod illa casuum mutatio dura, ac odiosa sane esset, si cum duo priora nomina Istros, & Sibaris colles, in accusandi casu sint, tria posteriora in recto ponantur, cum præsertim in quarto poni possent, carminis & lege & venustate salua, hoc modo. hinc fluxit ad Istros, & Sibaris colles, hinc & Rhodon, & Mileton, & cętera. Pręterea magis videtur poeta voluisse significare Romanorum mores, vitiis & luxuria gentiũ externarum, quas ibi nominat, & similitum, corruptas fuisse, postquā pauperes esse deserant, quam quod alię gentes a Romanis luxurię exemplum accepissent, cum præsertim Sibarite multo antea Crotoniatis ad intermissionem sublati essent. iuvat hanc meam sententiam, & id quod Titus Livius in ipsa statim totius operis præfatione, & Salustius in Catilinario deplorant. hanc nostram emendationem, cum audissent magister Ioannes Ximenius, magisterq; Angulus, atq; Petrus mota non vulgari doctrina viri, lectione varia, ingenioq; ac iudicio perspicacissimo, cum de eius lectionis sensu inter me & motam orta esset quęstio, vehementer comprobant. simile fere huic est, quod subiunt

Livius.

Salusti⁹.

Annotationes.

gani. cum his paucis diebus Silliū Italicum in manus sum
 pſiſſem, legerēq; forte quosdā ex tertio decimo libro ver-
 ſus, quib⁹ eos, qui ob scelera ſua damnati in inferno torq̄-
 bantur, recenſet, ad calcē fere libri offendi hoc carmē pol-
 lutum. illatrat ieiunis faucibus Orcus armenti quondā cui-
 ſtos immanis Iberi. Vbi interpres credit canē Geryonis a
 Sillio Italico Orcum appellari, nouo fortaffe & fiſto nomi-
 ne, qui ſi gręcorū opera euoluiffet, vidiffet orthus nō Or-
 cus legendū eſſe, nec Silliū hoc nomē finxiſſe, ſed a gręcis
 mutuatiū. canis enim, qui armenta Geryonis cuſtodiebat,
 appellatus eſt Orthus, fuitq; Echidnę filius, Gerberi autē
 frater. quem vna cū Eurytione paſtore ab Hercule ſcribit
 interemptū Heſiodus in Theogonia. Facit etiā eius men-
 tionem Apollonię enarrator ſuper. iiii. τῶν ἀργοναυτικῶν li-
 brum, & Pindari interpres in Iſthmijs, ſup illud Pindari
 ἐν ᾧ καὶ τὸν ἀδελφῆματον ἀλκμήνα τέκε παῖδα, θρασεῖαι τὸν
 ποτε γηρούνα φρούρα κύνες.

Sillij loc⁹.

Orth⁹ gery-
 onis canis.

Heſiodus.

Apolloni⁹.
 interpres.
 Pindari
 interpres.

Annotation. xix.



Aulo inferius. at pius ingenti Telamon iam flu-
 ebat ira cum fremitu, ſeuiſq; ferens fera iurgia
 dictis inſequitur. crederem potius ferens, quam
 ferens a Valerio ſcriptum, venuſtius enim ferere
 iurgia, quam ferre dicimus. & duę illę diſtiones ab eiſdem
 literis incipientes, aſperum quendam, tetrum, ac difficilem
 ſonum exhibent. ſiquis autem fuerit, qui libentius ferens,
 quam ferens adiciat, is ſane faciat, vt libuerit, nos enim
 iudicium tantum noſtrum, non legem ſcribimus.

In quartum librum Annotationes.

Annotation. xx.

In Valerium Flacuum



Dem Valerius librum quartum sic incipit.

Atq; ea non oculis diuū pater amplius æquis
Sustinuit, natiq; pios miseratus amores,

Imonem ardenti trepida grauis increpat ira.

Hoc quod poeta pios amores dixit, cōmentator expo-
nens, ait. pios ego honestos. dicunt tamen Hylan ab Her-
cule ad delitias voluptatemq; raptum, sed forsan non im-
pios sensit Iuppiter, raptō Ganymedis honore. hæc ille. ne
scio an omnibus nostra sit placitura sententia, at ego cer-
te existimo, Valerium pios dixisse amores, quia secundū
aliquos non ab Hercule amatus, sed eius filius fuit, quod

Socrates.

Aul⁹gell⁹.

Apolloni⁹.
Mnaseas.
Euphorio.
Hellanicus
Strabo.

Solinus.

Apolloni⁹.
Valerius.
Theocrit⁹.

testatur Socrates græcus author, qui etiā in eo libro quē
ad Idotheum scripsit, ait, Hylan non ab Hercule, qui
pater erat, turpiter amatum, sed a Polyphemo. mira ta-
men de eo, & non minus ridicula, quā quæ de Niobes fi-
liorum numero refertur ab Aulo Gellio, est inter scripto-
res græcos varietas, siquidem plures Theodamantis filiū
fuisse volunt, inter quos sunt Apollonius, & Mnaseas.
Euphorion vero Euphemi, eius qui a Neptuno amatus
est. Hellanicus, Theomenetis. Strabo libro duodecimo
geographiæ, vnum ex Argonautis, Herculisq; sociū fuis-
se scribit, qui cum in Bithynia aquatum egressus esset,
nec cōparuisset, creditus est a Nymphis raptus, eiq; insti-
tuta sunt festa quædam apud Prusienses, in quibus per mō-
tes vagi Hylan vocant, quasi in siluas ad illum inquiren-
dum egrediantur. Idem fere refert Solinus dicens, in Bi-
thynia lacum esse nomine Hylan, in quem Hylan Hercu-
lis delitias cecidisse credunt, in cuius memoriam solemnī
tripudiatione populus lacū circumit, Hylan voce clamās.

Hunc Apollonius ab vna tantum Nympha raptum tra-
dit, quemadmodum & Flaccus noster. Theocritus a tri-
bus, quas his appellat nominibus *ἐννίκα καὶ μάλις ἑαρόβ*

Annotattones.

Ἰσίδωρος καὶ Νυμφαί. Nicander ab omnibus Nymphis raptum scribit, similiter & Orpheus. Onasus primo τὸν ἀμαζώνων veriozem narrat historiam, non raptū scilicet a Nymphis, sed in fonte submersum. Anticlides autem in deliæcis, non Hylam scribit aquatum egressum, sed Hylum, ac postea non comparuisse. Fuerunt autem multi Hercules amasi, Hylas, Philoctetes, Diom⁹, Perithoas, & Phryx. a quo vrbs Lybiæ. nec illud omittendum est, in carminibus Valerij, quæ citat, trepidam non trepida legendū esse, vt ad iunonem deam epitheton illud referatur, non ad iram. quid enim esset insulsius, quam illud ardenti trepida ira?

Nicander.
Orpheus.
Onasus.
Anticlides
Herculis
amasi.

Annotatio. xxi.

IN pugna cæstum inter Amycum Pollucemq; commissā ait, armis innectere palmas. dat famulis, dat & ille Lacon. libentius legerem, dat & inde Lacon, idest vicissim. plus enim venustatis, & gratiæ videtur habere, quamuis alterum cum emphasi dictum videatur. sed hoc aliorum relinquimus iudicio perpendendum. hunc autem Amycum, nam & hoc non iniucundum fore suspicor, Apollonius etiā a Apolluce scribit interemptum. Epicharmus vero, & Pisander victum tantum. Deslochus autem in primo de Cyzico, cæstibus a Polluce victum scribit.

Apolloni⁹.
epicharm⁹.
Pisander.
Deslochus.

Annotatio. xxii.

ILlos Nile tuos nondū dea gentibus Io Transferat fluctus, vnde hæc data nomina ponto.



Sunt multæ quidem in toto hoc operæ macule, vt iam ante dictum est, sed quibus sint nonnullæ, quas nō nisi argus aliquis

In Valerium Flaccum

oculus, lynceusue & animaduertere, & corrigere valeat, sunt tamē alię, quas quitiis vel τυφλίτερος ἀπώλακτος ψפי-
 ciat. qualis est illa, quę in horum carminum priori depre-
 hēditur, quę adeo inoleuit, vt omnia polluerit exemplaria,
 quod maxime est admirandum, cum Sabellicus, Philolo-
 gus, Fontius, aliq; complures huic operi emendando non
 parum operę nauauerint. at quis non viderit tuis, nō tuos
 legendum esse: cum pronomen illud nullo pacto ad flu-
 ctus nomen, sed ad gentibus sit referendum. Ordo enim
 cum sensu est o Nile Io nondum dea tuis gentibus, trans-
 ferat illos fluctus, vnde pars illa nostri maris Bosporos est
 nuncupata, idest apellatum est mare illud Bosporos, eo q̄
 Io illud sub bonis forma trāsfretauit, anteq̄ ab Aegyptiis
 in numerum deorum relata esset. Ponitur enim pro Aegy-
 pto Nilus, qui Aegypti fluius est, prius Triton dictus,
 postea a Nilo cyclope Tantali filio Aegypti rege Nilus ap-
 pellatus, vt Hermippus testatur. Et quia in Bospori deno-
 minationem incidimus, non ab re erit, eius causam, varie
 ab authoribus traditam, referre quam breuissime. Nym-
 phis gręcus author Acarionis vsus testimonio dicit, Phry-
 gas, cum fretum illud vellent traicere, nauim compaginaf-
 se, in qua tauri effigies esset sculpta, ex cuius specie Bospo-
 ron appellauerunt. Ephorus vero a tauro, quem Inacho re-
 misit Aegyptiorum rex pro Io filia eius, quę a Phoenici-
 bus rapta, in ipsius venerat potestatem. sunt qui dicant,
 eos, qui circa fretum habitabant, cum ad vltiorem freti
 partem vellent transire, nauiculis compactis, bobusq; iun-
 ctis mare solitos transfretare. alii autē eo q̄ illac Phryxus
 nauicula arietis figura insignita nauigauit. Sunt autem duo
 Bospori Cimmerius, & Thracius, qui olim Mysius voc-
 cabatur.



Oedissima labe aspersum fuerat in omnibus fere exemplaribus eiusdem libri versus hoc pacto.

Insuper Hirphoides Harpyiæ itaq; tonantis depopulant.

Hunc Baptista Pius Bononiensis adolescentum, & rudium ingeniorum teterrima pestis, cum emere dare vellet, mea sententia non minus pollutum & inuersum, quã inuenerat, reliquit, sic legens. ira tonantis agit Typhonides Harpyiæ quam depopulat. qua emendatione ne dicã an inuersione insulsissima, quid magis ridiculum, quid ineptius dici debet? Maserius aliquanto melius, non tamẽ citra formidinem, sic reposuit. Insuper hunc Typhonides Harpyiæ ira tonantis depopulant. Sed cum nec versus comma habeat vllum, sine quo nullam carmen, heroicum præsertim, habet venerem, nec pronomen illud, hunc, decorũ aliquod, ac gratiam redoleat, mihi (fortasse fallor) tamẽ rotundior longe, volubilior, & sonorior versus fore videtur, si ita legatur. Insuper Harpyiæ Typhonides ira tonantis depopulant. fuit autem hoc (vt pleraq; alia) ex Apollonio sumptum sic dicente.

Baptista
pius.

Maseri⁹.

Apolloni⁹.

Οὐ γὰρ μόνον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἔρινος
 Λαξ ἐπέβη, καὶ γῆρας ἀμηνύτων ἐς τέλος ἔλκω,
 Πρὸς δ' ἔτι πικρότατον κρέμαται κακὸν ἄλλο κακοῖσι
 Ἀρπυιαὶ σώματός μοι ἐφαρπάζουσιν ἐδ' ὠδ' ἡν. 1.
 Lumina non solum clauferunt nostra tenebrę,
 Et tardat gelidos artus odiosa senectus,
 Sed grauior multo iis accedit tertia pestis,
 Nam miseræ ex ore dapes Harpyia Celeno arripit.

Fuerunt autem Harpyiæ, secundum Hesiodum in Theogonia, duę Thaumantis ex Electra filiæ. Aello, & Ocypete. Hesiodi carmina, ne tibi gręca vsq; quaq; videar ostentare,

Hesiodus.

In Valerium Flaccum

non apposui, ea tamen latinitate donata si voles leges.

Thaumas Oceani natam duxisse profundi

Dicitur Electram, velox iis nascitur Iris,

Pulchraeque Harpyiae duae Aelloque Ocypeteque.

Vergilius.

Homerus.

Vergilius tertiā adiciit Celeno, vt vel lippis ac tōsorib⁹ notum est. Homerus libro Iliados. xvi. quartā Podargen, ex qua natos Xanthū & Baliū Achillis equos fingit, his verbis.

Χάνθρον καὶ Βάλιον, τῷ ἅμα πνοίῃσι πετέειδεν.

Τοὺς ἔπεικε ζεφύρω ἀνέμω ἄρπυια ποδάργη. 1.

Cum Xantho Baliū. ventos qui cursibus equant.

Quos Zephyro vento est enixa Harpyia Podarge.

Apolloni⁹.

Valerius.

Pherecydes

Homerus.

Lycophron

Pherecydes

Apolloni⁹.

Neoptolemus.

mus.

Harum nullū patrem nominat Apollonius, si recte me mini. Valerius Typhone genitas dicit. exegerūt autem eas Boreade per Aegæum Siculumque mare, vt scribit Pherecydes, persecuti vsque ad Plotas insulas, quas Homerus Calydnas nominat, et si Lycophrō alias insulas vocat Calydnas. inde Boreæ filii ab Irīde admoniti, seu, vt alii dicūt, a Mercurio, reuersi sunt, vnde insule Strophades sunt appellatæ. illæ vero in specum Crete se fuga proripuerunt, vt & Pherecydes, & Apollonius, & Neoptolemus is, qui Naupactica composuit, testantur.

Annotatio. xxiiii.



Et ait iniusti, que nunc premit ira tonantis, ante precor nostræ tandem iam parce fenestæ, Verba sunt Phineei regis, quæ corrupte non parum opinione mea leguntur, imo que vel qui nondum cre lauantur maculata iudicabunt, cū verba minime sint cōsequētia, & aduerbium illud, ante, nihil sit, ad quod referri possit. quare ego sic hos duos versus emēdandos esse duxi. Teque ait iniusti, que nunc premis ira tonantis, parce precor nostræ, tandem iam parce fenestæ. sicque sensus erit apertus, nullaque dictio

num inconsequentia. & statim ubi est, quod finenes sine pace deum? lego quid, non quod docti tamen viderint, an huic correctioni album calculum adicere debeant.

Annotationio. xxv.



Os quoque nos Amycum tanto procul orbe re moti sensimus, & secus frater mihi lusus harenis. Verba sunt ad finem prope libri, quibus Lycus Mariandynorum rex de crudeli Otreos fratris nece queritur apud Argonautas, quibus nullum forsitan videtur vitium inesse, sed cum Otreus ab Amyco crudelissime, atque atrocissime fuisset interemptus, verbumque illud lusus leue sit, & exigui admodum incommodi, nec tantę immanitati satisfaciatur, legero multo libentius, fusus, quam lusus. Fuit autem Lycus hic ex Dascylo Tantali filio atque Anthemoissa Lyci fluminis filia natus, ut testatur Nymphis in primo Heracleę. fratrem autem eius, quem Valerius Otreia vocat, alii Priolam appellant. qui secundum aliquos, non frater Lyci, sed filius fuit.

In quintum librum Annotationes.

Annotationio. xxvi.



Arminia quoniam etiam visos placantia manes Odrisum dux rite monet, mixtoque sonantem Percutit ore lyram, nomenque reliquit harenis. Sunt etiam hec carmina animaduersione digna, in quibus si ego recte sentio, interpres noster non parum hallucinari videtur. autumat enim nomen illud dux ad Iasona referendum, cum meo iudicio Orpheum non Iasonem significet. nec intelligit, quare illud sit dictum nomenque reliquit harenis, sed, quo hec omnia melius intelligantur, altius aliquanto repetenda est historia, quam Valerius breuiter exequitur. Ottera Marthesie filia regnante,

Maserif
halluciatio

Orpheus.

Ottera.

In Valerium Flaccum

Iustinus. vt Iustinus scribit, Amazonum imperium in id opulentię, glorię, ac famę peruenit, vt Eurystheus rex quasi rem impossibilē Herculi imperarit, vt Amazonū reginę arma sibi afferret. Hercules eo profectus, cum magna principū iuuentutis gręcię manu, inopinantes aggressus facile superauit, quia Ottera foris bellum gerebat, & cū Antiope sorore nō adeo frequens erat multitudo, multę itaq; cęse, captę etiam nō pauce, inter quas duę Otterę sorores in hostium uenere potestate, Melanippe ab Hercule, Hippolyte uero a Theseo capta. ac Theseus quidem Hippolyten captiuam uxorem duxit, ex qua natum ferunt Hippolytum, Hercules post uictoriam Melanippen captiuam forori reddidit, & precium arma reginę cępit. hanc historiam Apollonius breuiter perstringens, scribit Stenelum Actoris filium, unum ex iis qui Herculem in ea expeditione sunt committati, e bello redeuntem, ab una illarum sagitta interemptum, ac in Paphlagonię litore sepultum, cum Argonautę illac iter facerent, a Proserpina dea impetrasse, vt sibi ad heroes illos uidendos exeundi ex inferno copia fieret, atq; eo modo apparuisse, quo Valerius noster narrat, cumq; statim euauisset, Mopsium uatem Argonautas monuisse, vt ad litus applicarent, eiq; iusta soluerent. hanc historiam sumpsit Apollonius a Promathida, idolum ipse sinxit. Valerius uero utrunq; ab Apollonio mutuatus est. his practicatis ad rem ipsam regrediamur. mihi nomen illud dux, non pro Iasone sed totum illud, Odrisium dux, pro Orpheo a poeta dictum suspicari libet, vt sit, dux Odrisium idest Odrisiorum hoc est Orpheus Thracum rex, alius cętus placatorios & expiatorios dicitur, vel vt dicant suadet. ego tamē ueritorem existimo lectionē, mouet cum antiquo exemplari, quam monet cum Sabellico. sicq; a poeta scriptum contenderim. q̄ autem Orpheus Thracum dux nō

Apolloni⁹.

Stenelus.

Apolloni⁹.
Promathida.

Valerius.

Incongrue dici possit, ex ipsius Apollonii verbis probari potest. ait enim libro primo.

Ορφέα μὲν δὴ τοῖον ἔων ἑπαρωγὴν ἀέθλων
 Βιστονίδης, χεῖρωνος ἐφημοσύνησι πειθήσας
 Δέξατο περὶν Βισωνίδι κοιβανέοντα.

Ipsium Pieriæ Bistonidos Orphea regem Magni adiutorem certaminis atq; pericli Philluridæ montis parens assumpsit Iason. Et Orpheus.

Ορφεὺ καλλιόπης τε καὶ διαγροῦ φίλε κούρη
 Βισωνίη κικύρεσι πολυρρήνεασι ἀνάστων.

Calliopes Orpheu musæ œgricæ propago Incola Bistonie, & Ciconum rex diuitis agrī.

Quod vero sequitur nomenq; reliquit harenis, intellexisset Valerianus interpres, si non secure & oscitabunde Apollonium legisset. Is enim libro secundo scribit, Argo nautas iuxta Steneli sepulchrum aram Apolloni construxisse, atq; super eam post carmina dicta Orpheum lyram posuisse. quod idem & Promathidas narrat, super columnā tamen quandam dicens lyram positam, & ex eo regionē illam Lyram fuisse nuncupatam. verba Apollonii sunt.

Εἶν δὲ καὶ Ορφεὺς

Θῆκε λύρην, ἐκ τοῦδε λύρη πέλει οὔνομα χάριω. 1.

Orpheus ipse Lyram Phœbi lucentibus aris Sacrat, & ex facto regio Lyra dicitur illo.

Cum ergo Valerius dixit, sonantem percutit ore lyram, nomēq; reliquit harenis, hoc breviter & succincte insinuare voluit, ab Orptheo lyram ibi relictam loco nomen indidisse. ea vero quæ Masernus dicit nemini credo acris iudicii probabuntur.

In Valerium Flaccum



Eq; cita penitus condunt Erythina carina,
Erythina pro Erythrea reposuit Maferius,
cum in nullo certe, quę viderim, exemplarium
Erythina legatur, sed in omnibus, aut Ery-

Strabo.

threa, aut Erythia. non ignoro a Strabone duodecimo
geographię libro Erythinos ex Homeri sententia iuxta
Cromnam & Gobialum, vt ipse vocat, statui. sed cũ, vt ipse

Orpheus.

inquit, piaculum sit, libros si tolerari queunt, inuertere, ne-
scio quę importunitas sit, Erythream explodere. cum & la-
sciuusculus ille sonus duarum dictionum eisdem syllabis

Orpheus.

clausurarum aures offendat, & Orpheus Erythię memine-
rit, qui eam *σεννυ* idest angustam appellat, ad quod fortas-
se Valerius alludit, cum dicit breui post terga ab Argonau-
tis relictam. adde quod vt omnibus, qui modo terre situs

Strabo.

scriptores euoluerunt, compertissimũ esse debet, idẽ locus
ab aliis aliter nuncupatur. nec diuersis modo nominibus,
sed aliquãdo eodem nomine, nõnullis tamen literis, aut ad-

Strabo.

Homerus

Apolloni?

Valerius.

Erythini.

ditis, aut detractis, aut immutatis. vt quod eodẽ loco Stra-
bo dicit, apud Homerũ ab aliis Aegialon, ab aliis Gobiaz-
lon scriptitari, cum neutro horum modorũ, neq; ab Apol-

Erythia.

Herodot?

Plinius.

Ephorus.

Philistides?

Timcus.

Sileus.

Hesiodus.

lonio, neq; a Valerio scribatur, vt vides. & quod idẽ Stra-
bo de Erythinis ait. Erythinos vero eos dici putant, qui
nunc Erythui vocãtur a colore sic nominati. quare cũ for-

san & Erythina, & Erythrea dici possit, quãdo in omnibus,
vt dixi, exẽplarib; Erythrea, seu Erythia inuenitur, legã po-
ti? horũ modorũ alterutro. Fuit præterea Erythrea seu Ery-

thia insula Hispanię cõtra Gades sita, vt scribit Herodot?
in Melpomene. Plinius insulã, ait, in qua Gadiũ oppidũ fu-
erit, q̄ ab Ephoro & Philistide Erythrea, a Timeo & Sylco

Aphrodisias, ab indigenis Iunonis, insula vocatur. in hac
Geryonem habitasse, atq; ab Hercule occisum scribit He-
siodus in Theogonia, his verbis.

Χρυσάορος δ' ἔτεκε τρικέφαλον γηρυονῆα
 Τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίην ἠρακλήσειν
 Βουσί παρ' ἑλιπόδασι περιβύτω ἐν ἔρυθρίῳ. 1.

Tergeminus quoq; Geriones Chrysaore natus
 Quem ferus Alcides Erythia occidit in alta
 Curuipedes tauros, armenta; buccera iuxta.

Alii hanc eandem e regione Lusytaniae positam arbitratur,
 cuius sententiae est noster Pöponius Mella, apud quem tamem
 medose legitur Heritria pro Erythrea. Ptolemaeus eam in
 Atlantico oceano ponit. vide etiam Strabonem in.iii. vbi non
 nulla de hac insula. paulo autem superius, vbi mox etiam Cro-
 mnas; iugo pallente Cithoron. multo syncerior mihi lectio
 videtur, si proque coniunctione, atque legatur.

Annotatio. xxviii.

In Iuno pulchrum longissima quando
 Robur cura ducis magnique sedere labores,
 Mole noua, & roseae perfudit luce iuente.

Sic quidem est in omnibus exemplaribus, sicque interpres legit,
 quam bene ipse viderit. qui ordinem sensumque dum vult explica-
 re, pervertit & confundit, sic inquit. sensus cum ordine erit. Iu-
 no robur perfudit pulcherrimum, cui plurima erat de Iasonis
 salute cura, & magni sedebant labores. potest ne hoc ordine
 quicquid durius esse possit ne Valerii nostri verbis, si eo pacto
 exponant quicquid esse confusi? quare vni? licet immutatione
 depriuatam esse carmen crediderim legendumque dedere, non sede-
 re, ut sit ordo. Iuno perfudit Iasonem mole noua, & luce ro-
 seae iuente, quando cura eius longissima, magnique labores
 dederant ei robur pulchrum id est vires non exiguas. non
 enim minus corporis vires, quam animi, aluntur exercendo, &
 in hoc loco pulchrum non pro formoso, sed pro magno
 accipi debet, sicut & apud Vergilium exponit Seruius in
 illud, satus Hercule pulchro.

Pöponius.

Ptolemeus.

Strabo.

Maserii er-
 ro.

Vergilius.
 Seruius.



I petere hoc scui statuissim sanguine belli, Ossa dabat Pindusq; rates, quodq; ante secuti inde nec audacem Bacchum, nec Persea reges. neadmonitione quidem dignum esset, quot per. t. non per. d. scribendum est, vt nomen sit, non coniunctio. nisi & in omnibus exemplaribus scriptum sic esset, & Maserius eam lectionem probaret, verum an recte iudicabunt eruditi.

Annotatio. xxx.



Non longe post. sciat effera regis
Ira mei, quem te horrifero fortitus in axe
Caucasus, atq; tuis quantum mitescat harenis.
Multo utiq; libentius habenis, quam harenis
legerim, multoq; venustior lectio videtur. erit autē sensus.
sciat Pelias quantum effere natura gentes, quę circa Caucasum montem habitant, sub tuo mitescant imperio.

Annotatio. xxxi.



Ubi etiam non multo post legitur. expertiq; simul
si tela artusq; sequantur. castiorem existimo lectionem
arcus, q; artus. sed hoc tibi lector candidere
linquo diiudicandum, nos enim non legem ferimus, sed
te admonitum duntaxat volumus.

Annotatio. xxxii.



Aulo inferius. vide lata comantē pectora, & ingēti
turbantem pocula barba. sunt nō pauci, qui hoc
exemplo adducti dicant. e. vocalem in secunda im-
peratiui modi persona, in iis verbis, quę per secundam cō-
iugationem variantur, breuiari posse. sed cū hoc in iis dū-
taxat verbis fieri videam, quę quāuis sint secundę, reperiū-
tur tamē interdum & tertię. cuiusmodi sunt caueo, ferueo,
fulgeo, & similia, & id in hoc verbo non sit, cum interro-

gatione legendum opinor, viden, pro vidēsne. facta etiam
 literarum trāsmutatione in dictione sequenti, ita vt pro la-
 ta, alta legatur. viden alta comantē pectora: Secunda enim
 in viden, quāuis, vt Seruius inquit naturaliter produci de-
 beat, semper corripitur, vt, viden, vt gemino stent vertice
 criste.

Seruius.

In sextum librum Annotationes.

Annotatio. xxxiii.



Anq; vbi iam viresq; alię, notusq; refutat
 Angor, & inceptus iam lancea tenuit heriles,
 Magnanimis mos ductus aus, haud segniamor-
 tis iura pati.

Sic quidem legit Maserius ex emēdatione Antonii Sa-
 bellici, cum antea in omnibus exemplaribus argus legere-
 tur. ego vero potius arcus quam angor legerē. minor enim
 est literarum inuersio, & magis credo illud quam hoc eru-
 ditis iudiciis arridebit, significat enim Iaziges, cum se viri-
 bus destitui sentiunt, & nec arcū, qui sibi diu fuerat in vsu,
 possunt tēdere, nec iaculum hastam ve iacere, mortem sibi
 propria manu consciscere.

Maserius,
Sabellicus.

Annotatio. xxxiiii.



Itte argolicis mandata colonis
 Ne trepident, nunquam has hyemes hęc saxa re-
 linquat Martis agros.

Verba sunt Gefandri Cantho vni ex Argonautis insul-
 tantis, in quibus cum verbum illud, relinquat, ad nullum
 referri possit, miror interpretem eruditum non emendasse
 se, & pro relinquat, relinquam primę personę verbum re-
 posuisse. quod enim Gefānder eo loco ait, hoc est. iube Ar-
 gūis renunciari, quāuis hęc terrę pars aspera sit cultu, &
 infœcunda, ipsos tamen citra vllam posse formidinē esse,

In Valerium Flaccum

ideft nē sineant me in suam aliquando terram perueni-
rūm, nunquam enim hęc loca niue semper referta, glacięq;
concreta, atq; aspera, & montuosa deseram. Quod ad Al-
lius Vergilianę emulationem in nono dictum esse videtur,
durum asirpe genus, natos ad flumina primū deserimus,
seuq; gelu duramus, & vndis &c.

Vergili?

Annotatio. xxxvi.



Nq; labantis equi tendentem frena En-
hippen, sic legebatur ante, Maserus autē
Enhhippen repudiās, Nehhippen induxit.
recte meo iudicio priorem dictionē ex-
puxit, erat enim versus sine vlla vene-
re, nec vt ego existimo, stare posset.

raro enim breuis vocalis in fine dictionis, sequente vo-
cali retinet vīm suam, nec, si vellemus primam in Enhip-
pe longam esse, quod tamen negarem, gratiam adhuc Va-
lerianam reciperet versus. est enim ille vocalium concur-
sus illic asper, & acerbus, adde q̄ raro apud eos, qui post
Catullū veronensem fuerunt, reperitur in quinta sede spō
deus, quin dactylus quartam obtineat, nisi forte apud Ver-
gilium semel dicentem, aut leuis ocreas lento ducunt argē-
to, sed nec Nehhippen credo, omnes admittent, nō est enim
vnde componatur, & omnia illa Amazonum, quę a Val-
lerio celebrantur, nomina græcācam habent originatio-
nem. εὐρυάλη· θόη· λυκὴ· ἀρπη· cuiusq; Nehippe ἐπὶ τοῦ
ἵππου, vt ipse asseuerat, deducatur, nec prior pars quic-
quam significet, integriorem & suauiorēm existimo dictio-
nem Menippen, quam Nehhippen. est enim nomen apud
gręcos frequens Menippus, ἐπὶ τοῦ μένουσ καὶ ἵππου.

Catullus.

Vergili?

Annotatio. xxxvii.

Absyrtum celebrans Valerius post alia verba, quæ ad illius cōmendationem faciunt, sic ait.
 Proferit impulsu grauis agmina, corporaq; atris
 Fundit equis, gemitusq; premit spirantia cerui.
 Nec leuior comitatur Aron.

Cum ex his verbis nemo quilibet oculatus sensum aliquem possit elicere, vixq; illud nomen gemitus ibi locum habeat, cerui vero nequaquam possit admitti, credo lectio nem emaculatum iri, si pro gemitus, genibus. pro cerui, cerni. reponatur. ita tamen vt verbum cerni ad sequentia, idest ad ea quæ de Aronte seu Arone dicuntur, referatur, non ad ea quæ de Absyrto. legaturq; sic, corporaq; altis fundit equis, (nam & altis libentius quam atris legerim) genibusq; premit spirantia. atq; ibi colo posito, cerni nec leuior comitatur Aron.

Annotatio. xxxvii.



Aulo post, vbi est tunc Arinem, Nolbūq; notat. ego rotat libentius legerem, quicquid dicat Sabellicus. est enim notat leuioris multo incommodi, rotat vero vehementioris, & virtuti Galaxis, atq; iræ conueniens, ad hoc Valerio nostro plurimum peculiare. Vbi de Mirace loquens, ait. ad viridem gemmis, & eoꝝ stamine filuꝝ subligat extrema patrium ceruice tiaram. quis non viderit, ac potius quam ad legi deberet. Ad finem prope libri, lego omnino, clementi, non dementi. satis enim demens erit, qui non illud, potius quàm hoc, poetę sensui congruere iudicabit.

Sabellicus.

In septimum librum Annotationes.

Annotatio. xxxviii.

In Valerium Flaccum



Ut redeat quocunq; modo. admonendos
censui lectores, castiorem candidiorēq; for
tasse lectionem esse, si legatur vel, at redeat,
cōiunctione aduersatiua, vel, ut redeat, optā
di aduerbio. Sed in his se cautū prębeat le
ctor. aliquid em̄ mihi lenocinari & arridere poterit, qđ for
san contra authoris mentem sit, ideoq; constitui nihil im
mutare, sed omnia perinde relinquere, vt a me inuenta sunt.
non enim ea sum confidentia, vt si mihi quidpiam placeat,
continuo putem pro lege habendum.

Anotatio. xxxix.



Ut tibi fallaces placuit cōiungere dextras.
Tūc poteratq; istis iuuenē nō pdere mōstris
Protinus, ipsā etiā fateor tunc ipsā volebā.

Sic legit interpretis noster ingeniose &
acute, vt sibi videtur, vt mihi vero negligē

ter nimium, ne dicam indocte, quū vera lectio illa nimirū
fit, quam ipse damnat, quam autē probat, illepada sit omni
no, & a poetę sententia nimis quam aliena. vide obsecro
eius expositionem. Tunc poterat, sensus inquit est. quum
dextras iūximus, potui tunc Iasona liberare, & volui, quid
hac interpretatione frigidius? quid maiori cachino excipi
endum? quæro abs te bone interpres, si Medea Iasonem
liberare & voluit & potuit, quid illi obstitit, quo minus
eum liberaret? vbi enim & potestas aliquid agendi, & vo
luntas simul accedit, nihil reliqui video, quod possit esse im
pedimento. vellem præterea ex te cognoscere, quando tem
poris, vbinam loci, Iason & Medea dextras iunxerant? an
exciderāt memoria ipsius poetę ex Medę persona verba?
quę si meminisses, profecto nō puerili lapsus esses errore.
quem petis Aecten, genitor meus, ipsaq; iuxta
Moenia, si veros possis discernere calles.

Maserij
halluciatio

Valerius.

Hac adeo duce ferte gradus, ingentia namq[ue]
 Castra alios aditus, atq[ue] impius obsidet hostis.

Hęc sunt Medę ad Iasonē verba. in quibus an fides,
 amicitie, fœderisq[ue] mētio vlla fiat, ipse vides. at qd Medea
 fecit, postq[ue] hęc locuta est: nempe vna ex comitib[us] suis re-
 lecta q̄ Iasonē cū sociis ad urbē duceret, ipsa ad flumiū ac-
 cessit, sacra, q̄ instituerat, peractura. Dixerat hęc (inquit poe-
 ta) patriūq[ue] viā detorq̄t ad amnē. Sacraq[ue] terrificę supplex
 mouet irrita noctis: an posthac dextras iūxerāt: p̄fecto nū-
 q[ue], quippe qui nunq[ue] postea cōuenerāt. quare castigata &
 emaculata lectio illa nimirū erit, quā vt dixit, ipse interpres
 vult exteriare, cur tibi fallaces placuit cōiungere dextras,
 tunc pater, atq[ue] istis iuuenē &c. Vt sint Medę ad absentē.
 patrē verba per apostrophē, qd̄ in orōne pathetica quā
 fieri crebro soleat, omnibus est cōpertū. cui nihil magis q̄
 crebris sententiarum mutationibus fluctuare conuenit, vt
 Macrobio placet. Queritur ergo Medea, qd̄ cū Iason pri-
 miūm Acetā regem conuenit, vellusq[ue] aureū ab eo petiuit, Macrobius.
 cum eo amicitiam Acetas inire simularit, & non protin[us]
 cum mōstris obiecerit. tunc em̄ ipsa, quę nōdum Iasonis
 amore capta erat, libenter in eius cędem consensisset, nul-
 lumq[ue] ex ea merorem molestiamq[ue] cepisset. erit itaq[ue] or-
 do cum sensu. o pater cur tibi placuit tunc, cum Iason pri-
 miūm ad te venit, dextras fallaces coniungere: idest amicit-
 tiam falso inire? Atq[ue] cur tibi placuit non perdere protin[us],
 idest statim iuuenem Iasonē istis monstris: tunc em̄
 (fateor) ipsa volebam. i. mihi nō ingratum omnino fuisset.

Annotation. xl.

Vq[ue] tuum partim Graium da natā draconem.



Inuit[us] p̄fecto, aliqua sup hoc carmine verba fa-
 cio, q̄a, & hoc mō legi nō debere p̄ certo habeo, &
 quō possit emēdari, vt verū fatear, nō mihi facile succur-

Q

In Valerium Flaccum

rit. nō debere ita legi, vel ex eo solū pbari possēt, q̄ si recte
 memini, nūc̄q̄ aduerbiū illud ptim sine comite ponit̄ in
 eo significato, quo ab iterp̄te accipit̄. ptim em̄ duob̄ mo
 dis vsurpat̄ a doct̄issimis scriptorib̄. vno cū idē significat
 qd̄ pars, vt ptim hoīm venerūt, idē est teste Aulo Gell̄. qd̄
 pars hoīm venit. qd̄ exēplo Marci Catonis cōprobat dicē
 tis in orōne de re floria. ibi p scorto fuit in cubiculū, surre
 xit̄ aut̄ e cōiuiuo cū ptim illorū. altero cū accipit̄ p̄ ex pte,
 qd̄ eodē modo, quo tū, geminat̄. vt hęc ptim ex ipsi? Cice
 ronis verbis dephēdunt̄, ptim ex dict̄is Asconii Pediani de
 clarant̄. vix aut̄ dici posse crediderim, hoies sunt̄ boni ptim
 mali, p̄ eo qd̄ dicēdū erat, ptim boni ptim mali. Ita nec di
 xisset Valeri⁹. o siha da draconē tuū ptim Graiū, pro ptim
 tuū, ptim Graiū. qd̄ vt pmitterem⁹ dici posse, tñ ex historia
 nequaq̄s possēt tolerari. si quidē draco ille, qui p̄petuo vigi
 lās vell⁹ aureū custodiebat, nihil est, q̄ Grai⁹ dici possēt, vt
 cōmētator exponit̄, inquies. ptim tu⁹ est serpens Medea ptim
 Grai⁹. at q̄o ptim Medec⁹, ptim Grai⁹? Medec⁹ d̄, q̄a illa
 ipsi⁹ curā gerebat, atq̄ ex adytis cātu dapibusq̄ vocabat,
 & dabat hesternō, liuētia mella veneno. Grai⁹ aut̄ quare di
 ci possit, nō eqdē excogitare valeo. Nā nec erat ex gñe ser
 pētis illi⁹, quē Cadm⁹ in Bœotia interemit. nec ex terra Gr̄c
 cia aduenerat, qppe cū a Marte deo ad velleris custodiā mis
 sus ex Caucaſo mōte descēdisset. vt & ipse Valeri⁹ li. V. scri
 bit. vix ea, Caucaſeis cum lapsis montibus anguis,
 Haud sine mente dei spir̄is nemus omne refollis.
 Impleuit, Graiumq̄; procul respexit ad orbem.
 Et sunt q̄ dicāt, a terra p̄creatū ex sanguine Typhonis
 gigātis, quē i Caucaſo mōte ab Ioue fulmie extit̄ū phibēt
 Herodor⁹ & Apolloni⁹. q̄re ego p̄ ptim, aut̄ pti, aut̄ pp̄lo,
 aut̄ qd̄ sile scriptū a poeta suspicōr. erit ali⁹, vt spero, q̄ me
 liora excogitabit. sicq̄ fiet, vt dum aliū alia inuenerint, oia

Aul⁹ Gelli⁹.
 Marc⁹.
 Cato.

Dracovelle
 ris custos
 vbi natus.

Valeri⁹.

Herodor⁹.
 Apolloni⁹.

Valerii nostri vulnera sanentur. nam vt in adagio est *τολα
λαϊσι τολυαϊς δευς σερα δαμαζετα*. ego lectorem volui
dūtaxat admonitum, ne Maferit interpretatione falleretur.

Annotation. xli.

Ve sequuntur ad finē vsq; libri facilia sunt, & bre-
uiter annotanda, vbi legitur, seuusq; procul disce
sit in agros. legerē equidē seuos, nam quāuis seu?
pro magno accipiatur, ibi tamē nullā habet gratiā si de ar-
gonauta dicatur aliquo. melius autē refertur ad agros, nisi
pro iratus accipiatur cū Nonio Marcello. qui inter alia ei?
vocabuli significata, hoc etiam ponit. Cui etiā Festus Pom-
peius astipulari videtur, seuā rem vulgo in bonā & in ma-
lam vocari scribens. Vbi nō multo post, cessit, & ad socios
paulū se rettulit heros, opperiēs vbi prima sibi dare germi-
na tell?. emēdabit meo iudicio, si legat. opperiēs vbi prima
daret sibi germina tell?. Vbi paulo infer?. nec magis aut il-
lis, aut illis milib? vtra sufficit, ac dirē q̄ cū Tirythi? Hy-
dre agmine, Palladios defessus respicit ignes. meliorē existi-
mo lectionē, si pro ac, ad reponat. & p agmine agmina, vt
pr? in oibus erat exēplarib?. Quis em̄ nō viderit ac & q̄
incōgrue iūgi? nā q̄uis ac pro q̄ ponit soleat, vt apud Hora-
tū lib. sermo. I. his me cōsolor victurū suauis, ac si quēstor
amis, p̄ atq; mihi, patruusq; fuissent, vbi Acrō, & Porphy-
rion p q̄ exponūt, inepte tñ hec duo cōiūgūtur. Quis em̄
vniq; dixerit, ego sum doctior ac q̄ tu? Vbi, sic vndiq; dē
sant terrigenē iam signa duces clamore tubēq; legerē cla-
morq; tubēq;. Vbi iterps Comanos p comatos posuit, nō
ausim imutare, q̄ & hoc poetē sensui cōsentaneū est, q̄uis
nō ignoret & a Strabone lōgā Comanorū fieri mētionē, &
ab Appiano Alexandrino nōnullā in fine libri, qui Mitrida-
ticus inscribitur.

In octauum librum Annotationes.

Q u

Honius
Marcellus
p̄dpet?

Horatius
Zicron.
Porphyritis

Strabo.
Appianus

In Valerium Flaccum

Annotatio. xlii.



Tonito qualis pede profilit Ino

